Ex Libris Joh. Henr. Hirz.
1726.
D.h.

LIBRARY OF PRINCETON
JAN 15 1910
THEOLOGICAL SEMINARY.

Division SCF
Section 1914

Library of the Theological Seminary,
PRINCETON, N. J.
Presented by Mr. Chas. B. Alexander.
Rare Books
Folio
Division BS65
.5.E65
Section 1519

1.15.10.

My dear Mr. North

After a careful examination of the notes written in the Greek-Latin New Testament Basel, Frobenius, 1519, I find that they are at least by two hands. What part Melanchton may have had in writing some of these notes is indeed very difficult to tell, for he has written at least in seven or eight different styles.

I can tell that several of the notes are very like to his handwriting, but I would not state that they were surely written by him; there is only a strong resemblance.

With my best regards
yours J. Martini

Conf. 17. B. 11
P A F
10 60.

Digitized by the Internet Archive
in 2011 with funding from
Princeton Theological Seminary Library

http://www.archive.org/details/novumtestamentum00eras

Bible. N.T. Greek. 1519. Erasmus

NOVVM TESTAMENTVM OMNE, MVLTO QVÀM ANTEHAC DIligentius ab ERASMO ROTERODAMO recognitũ, emẽdatum ac translatum, nõ solum ad Græcam ueritatẽ, uerum etiam ad multorũ utriusq; linguæ codicum, eorúmq; ueterũ simul & emẽdatorum fidem, postremo ad probatissimorũ autorum citationem, emẽdationem & interpretationẽ, præcipue Origenis, Athanasij, Nazianzeni, Chrysostomi, Cyrilli, Theophylacti, Hieronymi, Cypriani, Ambrosij, Hilarij, Augustini, uná cũ Annotationibus recognitis, ac magna accessione locupletatis, quæ lectorem doceant, quid qua ratione mutatũ sit. Quisquis igitur amas uerã Theologiam, lege, cognosce, ac deinde iudica. Neq; statim offendere, si quid mutatum offenderis, sed expende, num in melius mutatum sit. Nam morbus est non iudicium, damnare quod non inspexeris.

SALVO VBIQVE ET ILLABEFACTO ECCLESIAE IVDICIO.

Addita sunt in singulas Apostolorum epistolas Argumenta per ERASMVM ROT.

LIBRARY OF PRINCETON
JAN 15 1910
THEOLOGICAL SEMINARY



DILECTO FILIO ERASMO ROTERODAMO SACRAE THEOLOGIAE PROFESSORI.

A S

LEO PP X

DILECTE fili Salutē, & apostolicam beñ. Valde nos delectarunt lucubrationes tuæ in testamētum nouum iam pridem æditæ, non tam quia nostro nomini dicatæ fuerant, q̄ quod nō uulgari, sed noua & insigni quadam eruditione præstabant, omniumq; doctorū calculo plurimū laudabantur. Quas nuper à te recognitas, & pluribus additis annotationibus locupletatas, illustratasq; fuisse certiores facti, non mediocriter gauisi fuimus, ex prima illa æditione quæ absolutissima uidebatur, coniecturā facientes, qualis hæc futura, quantúmue boni, sacræ Theologiæ studiosis, ac orthodoxæ fidei nostræ sit allatura. Macte igit̄ istius animi tui esto, ac publicæ utilitati studēs, operi tam sancto, ut in lucē exeat, sedulo inuigila. Dignā quidē tot laborū mercedē ab ipso deo relaturus: à nobis uero meritam cōmendationem, & cunctis Christifidelibus perpetuā laudē consecuturus. Datum Romæ apud sanctū Petrū. Sub annulo piscatoris. Die X. Septembris. M. D. XVIII.

Pontificatus nostri Anno Sexto.

Euangelista.

Apelles olim huiusmodi pictura Calumniam ultus est.

LEONI DECIMO

PONTIFICI MODIS OMNIBVS SVMMO, ERASMVS ROTERODAMVS THEOLOGORVM INFIMVS. S. D.

INTER tot egregia decora, Leo decime, pontifex maxime, quibus undiq; clarus & suspiciendus, ad pontificiæ dignitatis culmen adisti, hinc infinitis Mediceæ domus ornamẽtis, nõ minus eruditorũ hominuũ monumentis, quàm maiorum tuorum imaginibus & honoribus inclytæ, hinc innumeris corporis animiq; dotibus, quas partim diuini numinis indulsit benignitas, partim eadem aspirante, tua parauit industria, non alia res te uerius, aut magnificẽtius illustrauit, q̃ quod ad istum honorem, quo maior inter homines, homini non potest contingere, parẽ morum attuleris innocentiã, neq; uero uitam modo ab omni dedecore longe, latéq; semotam, uerumetiam famam, nulla unq̃ siniſtri rumoris labe aspersam. Id quod cum ubiq; difficillimum est, tum præcipue Rhomæ, cuius urbis tanta est libertas, ne dicã petulantia, ut illic à conuicijs parum tuta sit & integritas, ac ne ij quidem absint à crimine, qui plurimum absunt à uitijs. Quibus rebus factum est, ut Leoni nõ paulo plus uetæ laudis pepererit, quod summum pontificium promeruisset, q̃ quod accepisset. Iam in ipsa pulcherrimi simul & sanctissimi muneris functione, cum tot præclaris factis, tot eximijs uirtutibus susceptum honorem uicissim cohonestes, nihil tamen est, quod te superis pariter & mortalibus commendet efficacius, q̃ quod suthmo studio, pariq; sapientia, illud potissimum agis ac molitis, ut indies in melius pouehatur Christiana pietas, hactenus temporum maximéq; bellorũ uitio, nonnihil labefacta collapsáq;, ut est cæteratum item omnium rerum humanarum natura, ni manibus pedibusq; obnitamur, paulatim in deterius relabi, uelutiq; degenerare. At res egregias aliquoties ut difficilius, ita & pulchrius est restituisse, q̃ condidisse. Proinde quando tu nobis uelut alterum præstas Esdram, & sedatis, quod in te fuit, bellorum procellis, sarciẽdæ religionis prouinciam strenue capessis, par est nimirum, ut omnes ubiq; gẽtium ac terrarum Christiani, rem omnium pulcherrimam ac saluberrimam conantem, pro sua quisq; facultate adiuuent. Iam uideo passim, excellentes ingenio uiros, ceu magnos & opulentos reges, Solomoni nostro in templi structuram mittere marmora, ebur, aurum, gemmas. Nos tenues reguli

seu potius homunculi, qualescunque materias, aut certe caprarum pelles, ne nihil conferremus, mittere studemus, uile quidem munusculum, quod ad nostram attinet operam, sed unde (nisi me fallit animus) CHRISTI templo, si nō multum splendoris, certe non parum utilitatis sit accessurum, præsertim si eius calculo comprobetur, de cuius unius nutu ac renutu summa rerum humanarum pendet uniuersa. Etenim cum illud haberem perspectissimum, præcipuam spem, planéque sacram, ut aiunt, ancoram, restituendæ sarciendæq; Christianæ religionis in hoc esse sitam, si quotquot ubiq; terrarum Christianam philosophiam profitentur, in primis autoris sui decreta, ex Euangelicis Apostolicisque literis imbibant, in quibus sermo ille cœlestis, quondam è corde patris ad nos profectus, adhuc nobis uiuit, adhuc spirat, adhuc agit & loquitur, sic ut mea quidem sententia nusquā aliâs efficacius aut præsentius: ad hæc, cum uiderem salutarem illam doctrinam longe purius ac uiuidius ex ipsis peti uenis, ex ipsis hauriri fontibus, quàm ex lacunis, aut riuulis, nouum ut uocant testamentum, uniuersum ad Græcæ originis fidem recognouimus, idq; non temere, neque leui opera, sed adhibitis in consilium complurибus utriusque linguæ codicibus, nec ijs sanè quibuslibet, sed uetustissimis simul & emendatissimis. Et quoniam nouimus in rebus sacris, religiose quoque uersandum esse, nec hac contenti diligentia, per omnia ueterum Theologorum scripta circūuolantes, ex horum citationibus aut expositionibus subodorati sumus, quid quisque legisset, aut mutasset. Adiecimus annotationes nostras, quæ primum lectorem doceant, quid qua ratione fuerit immutatū, deinde si quid alioqui perplexum, ambiguum, aut obscurum, id explicent, atque enodent. Postremo quæ obsistant, quo minus prodiue sit in posterum deprauare, quod nos uix credendis uigilijs, restituissemus. Quanquam ut ingenue dicam, quicquid hoc est operis uideri poterat humilius, quàm ut ei dicandum esset, quo nihil maius habet hic orbis, nisi conueniret, ut quicquid ad religionem instaurandam pertinet, haud alij consecretur, quàm summo religionis principi, & eidem assertori. Neque metus est, ne munus hoc nostrum qualecunque, sis aspernaturus, qui non loco tantum respicias illum, qui donaria non pretijs sed animis solitus sit æstimare, qui duo minutula pauperculæ uiduæ, splendidis & opimis diuitum donarijs prætulerit. Iam an non cottidie uidemus inter auro gemmisq; radiantia regum donaria pratensibus floscul is, aut hortensibus herbulis concinnatas corollas suspendi diuis, quas, re tenuis, pietate dives offert plæbecula? Alioqui quicquid illud est seu magnum, seu pusillum, seu ludicrum, seu serium, quod huius ingenioli fundus produxerit, id omne, ut nullus dedicem, suopte iure sibi potest uindicare, summus ille apud suos, uirtutum ac literarū omniū Mecœnas & antistes, Gulielmus Archiepiscopus Cantuariensis, totius Angliæ, non tituli tantum honore primas, ac tuæ sanctitatis legatus, ut uocant, natus, cui meipsum quoque quantus quantus sum debeo, non modo uniuersum studij mei prouentum. Siquidem is (ut ne dicam interim, cuiusmodi tum publice, tum priuatim in me fuerit) id præstat suæ Britanniæ, quod Leo præstat orbi terrarum, quódq; Medicea domus iam olim est Italiæ, uel hoc

Decreta Christi.

Annotationis utilitas.

Archiepiscopus Cantuariensis.

nomine

nomine terrarum omnium felicissimæ, hoc is suis est Anglis, ceu salutare quoddam sydus, ab ipsis fatis in hoc datus, ut eo præside, quicquid est bonarum rerum repullulet ac suboleſcat. Nam perinde, quasi uno in homine plures sint heroes, & unicum pectus, non simplex inhabitet numen: ita miris modis Archiepiscopum gerit ecclesiæ, legatum sedi Rhomanæ, consiliarium regiæ, cancellarium iusticiæ, Mecœnatem studijs. cuius opera potissimum factum est, ut insula iam olim uiris, armis, opibusque pollens, nunc optimis item legibus, religione, moribus, ad extremum ingenijs omni literarum genere perpolitis, adeo floreat, ut cum quauis cæterarum regionum possit ex æquo contendere. Verum quo latius huius laboris nostri manaret utilitas, uisum est, tui nominis apud omnes sacrosancti, ceu lenocinio quodam ad publicam orbis abuti commoditatem, præsertim cum huc uocet ipsa quoque rei ratio, quod pulchre congruebat, ut illius auspicijs hæc Christiana philosophia diriuaretur ad omneis mortales, qui Christianæ religionis teneret arcem, ac per eum proficisceretur doctrina cœlestis ad uniuersos homines, per quem CHRISTVS nos uoluit accipere, quicquid homines è terris euehit in cœlum. Quanquam adeo, quid tandem uetat, quo minus hic liber gemina commendatione fultus, hoc etiam felicius & auspicatius exeat in manus hominum, si duobus totius orbis summatibus uiris communiter fuerit cõsecratus? Quandoquidem aris templisq; uidemus hoc plus accedere maiestatis ac uenerationis, quod pluribus simul diuis sint dedicata. Iam hoc quantumlibet nouum uideatur, modo publicæ conducat utilitati. Et ea est Leonis modestia facilitásq;, ut hac parte non minus sit maximus, quàm ea qua maximos omnes longo superat interuallo. Et ea est Archiepiscopi in omni decorum genere præstantia, ut Leonem omnibus numeris summum, non alius magis deceat collega. Postremo si fas est apud tantum principem nonnihil Thrasonis è comœdia referre, quantumuis in speciem humilis uideatur hic meus labor, tamen confido futurum, ut attentus lector aliquanto plus deprehendat in secessu, quàm prima statim fronte præse ferat opus. Sed ne celsitudinem tuam iugi solicitudine terrarum orbi consulentem, longiore sermone remorans, in publica peccem commoda, quod reliquum est, cum plebeio lectore transigam, sed prius illud apprecatus, ut cuius prouidentia Leo decimus contigit subleuandis rebus mortalium, idem eum nobis & quàm maxime longæuum esse uelit, & felicissimum.

Basileæ Anno restitutæ salutis M. D. XVI. Calendis Februarijs.

ERASMI ROTERO-
DAMI PARACLESIS AD LECTOREM PIVM.

Lactantius.

LACTANTIVS ille Firmianus, optime lector, cuius linguam unice miratur Hieronymus, Christianæ religioni patrocinaturus aduersus ethnicos, cum primis optat sibi dari eloquẽtiam, Tullianæ proximã, improbum ratus, opinor, optasse parẽ. At ego sanè, si quid huiusmodi uotis proficitur, tãtisper dũ mortales omneis ad sanctissimum ac saluberrimum Christianæ philosophiæ studiũ adhortor, ac ueluti dassicum canẽs euoco, uehemẽter optarim eloquẽtiã mihi dari, lõge aliam q̃ꝑ

Optat eloquẽtiã efficacem.

fuerit Ciceroni: si minus picturatã quàm fuit illius, certe multo magis efficacẽ. Imò si cui unq̃ꝑ talis cõtigit dicendi uis, qualem nõ omnino sine causa, ueterũ poëtarũ fabulæ subnotarunt in Mercurio, qui ceu magica uirga, diuinâq; cithara somnũ immittit cũ libet, & idẽ adimit, quos uult ad inferos impellẽs, ac rursus ab inferis euocans, Aut qualẽ signarunt in Amphione Orpheóq;, quorũ alter rigida mouisse saxa, alter quercus & ornos traxisse cithara, fingitur. Aut qualẽ Ogmio suo tribuebant Galli, mortaleis omneis catenulis à lingua in aures infixis, quò uellet circũdu centi. Aut qualẽ Marsyæ fabulosa tribuit antiquitas, Aut certe, ne nimiũ diu fabulis immoremur, qualẽ Socrati tribuit Alcibiades, Pericli uetus comœdia, quæ non aures tantũ mox peritura uoluptate deliniat, sed quæ tenaces aculeos relinquat in animis auditorũ, quæ rapiat, quæ trasformet, quæ multo aliũ dimittat auditorem q̃ꝑ acceperit. Timotheus musicus ille nobilis Dorios occinens modos, Alexandrũ Magnũ ad belli studiũ inflãmare solitus legitur. Neq; defuerunt olim, qui precaminibus, quas Græci uocant ἐπῳδὰς, nihil ducerent efficacius. Quod si quod usq̃ꝑ esset huiusmodi genus incantamenti, si qua uis harmoniæ, quæ uerũ habeat ἐνθουσιασμὸν, si qua Pithò uere flexanima, eã mihi cupiã in præsentia suppetere, quo rẽ omniũ saluberrimã omnibus persuadeã. Quanq̃ꝑ illud potius optandũ, ut CHRISTVS ipse cuius negociũ agitur, ita citharæ nostræ chordas temperet, ut hæc cantilena penitus afficiat ac moueat animos omniũ. Ad quod quidem efficiendũ, nihil opus rhetorũ epicherematis, aut epiphonematis. Hoc quod optamus, non alia res certius præstet, q̃ꝑ ipsa ueritas, cuius quo simplicior, hoc efficacior est oratio. Ac primũ quidẽ nõ libet in præsentia refricare querelã illam, non omnino nouã, sed heu nimiũ iustã, & haud scio an unq̃ꝑ iustiorẽ q̃ꝑ hisce temporibus, cũ tam ardentibus animis in sua quisq; studia, mortales incumbãt, hanc unã CHRISTI philosophiã

Mercurius.

Hercules Celticus.

Marsyas.

Socrates.

Alcibiades.

Pericles.

Timotheus.

Veritatis oratio quo simplicior hoc efficacior.

Philosophia Christi neglecta.

à nõnullis

à nonnullis etiam Christianis rideri, à pleriſq; negligi, à paucis tractari, ſed frigide: non enim dicam inſyncere. At in cæteris diſciplinis omnibus, quas humana prodidit induſtria, nihil eſt tam abditum ac retruſum, quod non peruestigarit ingenij ſagacitas: nihil tam difficile, quod non expugnarit labor improbus. Qui fit autem, ut hanc unam philoſophiam, non his quibus par eſt, animis amplectamur, quotquot ipſo etiam cognomine CHRISTI nomen profitemur? Platonici, Pythagorici, Academici, Stoici, Cynici, Peripatetici, Epicurei, ſuæ quiſq; ſectæ dogmata, tum penitus habent cognita, tum memoriter tenent, pro his digladiantur illi, uel emorituri citius, quàm autoris ſui patrocinium deſerant. At cur non multo magis tales animos præſtamus autori noſtro principiq; CHRISTO? Quis non uehementer fœdum cenſeat, Ariſtotelicam profitenti philoſophiam, neſcire quid uir ille ſenſerit de cauſis fulminum, de prima materia, de infinito? quæ nec cognita felicem, nec ignorata reddunt infelicem. Et nos tot modis initiati, tot ſacramẽtis adacti CHRISTO, nõ fœdum ac turpe putamus illius neſcire dogmata, quæ certiſſimam omnibus præſtent felicitatem? Nam quorſum attinet hic contentione rẽm exaggerare, cum hoc ipſum impiæ cuiuſdam dementiæ ſit, CHRISTVM cum Zenone aut Ariſtotele, & huius doctrinam cum illorum, ut modeſtiſſime dicam, præceptiunculis conferre uelle? Affingant illi ſuæ ſectæ principibus, quantum poſſunt, aut quantũ libet. Certe ſolus hic è cœlo profectus eſt doctor, ſolus certa docere potuit, cum ſit æterna ſapientia: ſolus ſalutaria docuit unicus humanæ ſalutis autor, ſolus abſolute præſtitit, quicquid unquàm docuit, ſolus exhibere poteſt, quicquid promiſit. Si quid à Chaldæis aut Aegyptijs adferẽ, id ob hoc ipſum acrius auemus cognoſcere, quod è peregrino ſit orbe deportatum, & pretij pars eſt è longinquo ueniſſe, & ſæpenumero in ſomnijs homunculi, ne dicam impoſtoris, tam anxie diſtorquemur, non ſolum nullo fructu, ſed magno temporis diſpendio, ut ne quid addam grauius: tametſi iam hoc ipſum ut nihil accedat, grauiſſimum eſt. At qui fit, ut huiuſmodi cupiditas non item Chriſtianos titillet animos, quibus perſuaſum eſt, id quod res eſt, hanc doctrinam non ex Aegypto Syriáue, ſed ex ipſo ueniſſe cœlo? Cur non ita nobiſcum cogitamus omnes? nouum & admirabile philoſophiæ genus ſit, oportet, quod ut traderet mortalibus: is qui deus erat, factus eſt homo: qui immortalis, factus eſt mortalis: qui in corde patris erat, ſeſe demiſit in terras. Magnum quiddam & haudquaquàm triuiale ſit, oportet: quicquid illud eſt, quod ille tam admirandus autor, poſt tot excellentium philoſophorum familias, poſt tot inſignes prophetas, doctutus aduenerit. Cur non hic pia curioſitate ſingula cognoſcimus, diſquirimus, excutimus? Præſertim cum hoc ſapientiæ genus, tam eximium, ut ſemel ſtultam reddiderit uniuerſam huius mundi ſapientiam, ex paucis hiſce libris, uelut è limpidiſſimis fontibus, haurire liceat longe minore negocio, quàm ex tot uoluminibus ſpinoſis, ex tam immenſis, ijſque inter ſe pugnantibus interpretum commẽtarijs, Ariſtotelicam doctrinam, ut ne addam, quanto maiore cum fructu. Nihil enim hic neceſſe eſt, ut tot anxijs diſciplinis inſtructus accedas. Simplex & cuiuis paratũ eſt uiaticum. Tantũ fac adferas pium ac promptum

Philoſophorũ gentilium peritia.

Chriſtianorũ ſocordia.

Chriſtus.

Peregrina placent. In ſomnijs homunculorũ diſtorquemur

E cœlo uenit.

Præſtantia philoſophiæ Chriſtianæ.

Quib⁹ instrutum oporteat esse, qui Christianam philosophiam discere cupiat.

animum, & in primis simplici puraq; præditum fide. Tantum esto docilis, & multum in hac philosophia promouisti. Ipsa suppeditat doctorem spiritum, qui nulli sese lubentius impartit, quam simplicibus animis. Illorũ disciplinæ, præterq; quod falsam promittunt felicitatẽ, multorũ ingenia submouent, ipsa uidelicet præceptorum difficultate. Hæc omnibus ex æquo sese accõmodat, submittit sẽ paruulis, ad

Facilitas.

illorum modulum sese attemperat, lacte illos alens, ferens, confouens, sustinens, omnia faciens, donec grandescamus in CHRISTO. At rursum ita non deest infimis, ut summis etiam sit admirabilis. Imò quo longius in huius opes progressus fueris, hoc longius illius maiestate submoueris. Paruis pusilla est, magnis plusq; maxima. Nullam hæc ætatẽ, nullum sexum, nullam fortunam, nullam reiicit conditionem. Sol hic non perinde cõmunis, & expositus est omnibus, atque CHRISTI doctrina. Non arcet omnino quenq;, nisi quis semet arceat, ipse sibi inuidens. Ve-

Ab idiotis etiã legi debẽt diuinæ literæ.

hementer enim ab istis dissentio, qui nolint ab idiotis legi diuinas literas, in uulgi linguam transfusas, siue quasi CHRISTVS tam inuoluta docuerit, ut uix à pauculis theologis possint intelligi, siue quasi religionis Christianæ præsidium in hoc situm sit, si nesciatur. Regum mysteria cœlare fortasse satius est, at CHRISTVS sua mysteria q; maxime cupit euulgari. Optarim ut omnes mulierculæ legant euangelium, legant Paulinas epistolas. Atq; utinam hæc in omnes omniũ linguas essent transfusa, ut nõ solum à Scothis & Hybernis, sed à Turcis quoq; & Saracenis legi

Cognitio.

cognosciq; possint. Primus certe gradus est, utcunq; cognoscere. Esto riderẽt multi, at caperentur aliquot. Vtinã hinc ad stiuam aliquid decantet agricola, hinc nonnihil ad radios suos modulet textor, huiusmodi fabulis itineris tædium leuet uiator. Ex his sint omnia Christianorũ omnium colloquia. Tales enim fermè sumus, quales sunt cotidianæ nostræ cõfabulationes. Assequatẽ quisq; quod potest, exprimat quisq; quod potest. Qui posterior est, non inuideat præcedenti: qui prior est, inuitet sequentẽ, nõ desperet. Cur professionẽ omniũ cõmunẽ ad paucos cõtrahimus? Neq; enim consentaneum est, cum baptismus ex æquo communis sit Christianorum omnium, in quo prima Christianæ philosophiæ professio est, cum sacramenta cætera, denique cum præmium illud immortalitatis ad omnes ex æquo pertineat, sola dogmata, in pauculos istos esse releganda, quos hodie uulgus

Theologi. Monachi.

theologos aut monachos uocat: quos ipsos tamen, tametsi minima quæpiam portio sunt ad populum Christiani nominis: tamen hos inquã ipsos optarim maiorẽ in modum esse quod audiunt. Vereor enim ne inter theologos reperire liceat, qui multum absint à suo titulo, hoc est, qui terrena loquantur non diuina, & inter monachos, qui CHRISTI paupertatẽ, & mundi cõtemptum profitentur, plusq; mundum reperias. Is mihi uere Theologus est, qui nõ syllogismis, arte cõtortis, sed affectu, sed ipso uultu atq; oculis, sed ipsa uita doceat aspernandas opes, Christiano

Vere Theologus.

non esse fidendum huius mundi præsidijs, sed totum oportere pendere de cœlo, nõ esse retaliandam iniuriam, bene precandum male precantibus, bene merẽdum de male merentibus: bonos omnes uelut eiusdem corporis membra diligendos ac fouendos ex æquo, malos tolerandos, si corrigi nequeant: qui suis exuunt bonis,

qui

qui depellunt̃ possessionibus,qui lugent hos beatos esse,non deplorandos,mortẽ optandam etiã pijs:ut quæ nihil sit aliud q̃ traiectus ad immortalitatẽ: hæc inquã & huiusmodi,si quis afflatus spiritu CHRISTI prædicet,inculcet,ad hæc hortetur, inuitet,animet,is demũ uere Theologus est,etiamsi fossor fuerit aut textor. Hæc si quis & ipsis præstet moribus, is denicq; magnus est doctor. Qua ratione intelligant angeli,fortasse subtilius differat alius,uel nõ Christianus,at illud persuadere, ut hic puri ab omnibus inquinamẽtis uitam exigamus angelicam,id demũ Christiani theologi munus est. Qd̃ si quis obstrepet, hæc esse crassula, & idiotica, nihil aliud huic respõderim,nisi quod hæc crassa CHRISTVS præcipuè docuit, hæc inculcant apostoli, hæc quantũuis idiotica, tot germane Christianos, tot insignium martyrũ examina nobis prodiderũt. Hæc inquã illiterata,ut ipsis uidetur,philosophia,summos orbis principes,tot regna,tot gentes,in suas pertraxit leges,id quod nulla Tyrannorũ uis, nulla philosophorũ poterat eruditio. Neq; uero repugno, quo minus sapientiam istam,si uidetur,loquantur inter perfectos. At hoc certe nomine consoletur sese humile Christianorũ uulgus,quod istas subtilitates,an sciuerint apostoli,uiderint alij,certe non docuerunt. Hæc inquã plebeia,si præstarẽt pro sua sorte principes,si in concionibus inculcarẽt sacerdotes, si pueris instillarẽt ludimagistri potius q̃ etudita illa,ex Aristotelis & Auerrois deprompta fontibus, nõ sic perpetuis penè bellis tumultuaretur undiq; res Christiana, nõ tam insano studio,per phas nephasq; congerendi diuitias feruerent omnia, nõ tot litibus ubiq; perstreperent sacra pariter ac prophana. Deniq; non titulo tantum & ceremonijs differremus ab ijs qui CHRISTI philosophiam non profitentur. Siquidem in his tribus hominum otdinibus præcipue situm est Christianæ religionis uel instaurandæ uel augendæ negocium, in principibus, & qui horum gerunt uices magistratibus: in episcopis, & horum uicarijs, sacerdotibus:& in ijs qui primam illam ætatem ad omnia sequacem instituunt. Quos si omisso suo negocio contingat ex animo conspirare in CHRISTVM, nimirum uideremus haud ita multis annis, uerum quoddam,ut & Paulus inquit γνήσιον Christianorum genus passim emergere,quod CHRISTI philosophiam,non ceremonijs tantum,& propositionibus, sed ipso pectore,totaq; uita referret. His armis longe citius pellicerentur ad CHRISTI fidem,Christiani nominis hostes, q̃ minis,aut armis. Vt omnia iungamus præsidia,nihil ipsa ueritate potentius. Platonicus non est qui Platonis libros non legerit,& theologus est, nõ modo Christianus qui CHRISTI literas non legerit? Qui diligit,inquit,me,sermones meos seruat. hanc ipse notam præscripsit. Proinde si uere ex animo sumus Christiani,si uere credimus illum è cœlo missum, ut ea nos doceret,quæ philosophorũ sapientia nõ poterat,si uere exepectamus ab eo, quod nulli principes, quantumuis opulenti donare queunt, cur est nobis quicq; huius literis antiquius? Cur omnino quicq; uidetur eruditum, quod ab huius decretis dissidet? Cur in his adorandis literis, idem, ac penè dixerim plus,nobis permittimus quàm in Cæsareis legibus, aut medicorum libris sibi permittunt interpretes prophani? ut perinde quasi in re ludicra uersemur: ita quicquid in buccam uenerit, cõmentemur,

Magnus doctor.

Munus Theologi Christiani.

Christi doctrinam crassam uocant & idioticam.

Apostoli subtilitates non docuerunt.

Principes.

Episcopi.

Ludimagistri

γνήσιον

Veritas.

Temeritas quorundã. commentemur, detorqueamus, inuoluamus. Cœlestia dogmata, ceu Lydiam regulam, ad nostram pertrahimus uitam: & dum omnibus modis fugimus, ne parum multa scisse uideamur, quicquid usquàm est prophanarum literarũ huc conuehentes, id quod est in Christiana philosophia præcipuum, non dicam corrumpimus: sed quod negari non potest, ad paucos homines contrahimus, rem qua

Philosophia Christiana quibus in rebus, & quid CHRISTVS nihil uoluit esse communius. Hoc philosophiæ genus in affectibus situm uerius, quàm in syllogismis, uita magis est q̃ disputatio, afflatus potius q̃ eruditio, transformatio magis q̃ ratio. Doctos esse, uix paucis contingit: at nulli non licet esse Christianum, nulli non licet esse pium, addam audacter illud, nulli

Philosophia Christi, instauratio bene cõditæ naturæ. nõ licet esse Theologum. Iam facile descendit in animos omnium, quod maxime secundum naturam est. Quid autem aliud est CHRISTI philosophia, quam ipse renascentiam uocat, q̃ instauratio bene conditæ naturæ? Proinde quanq̃ nemo tradidit hæc absolutius, nemo efficacius q̃ CHRISTVS, tamen permulta reperire

Ethnici. licet in ethnicorum libris, quæ cum huius doctrina cõsentiant. Nulla fuit unq̃ tam crassa factio philosophiæ, quæ docuerit pecuniam, hominẽ reddere felicem: nulla tam impudens, quæ in uulgaribus istis honoribus aut uoluptatibus, finem boni

Stoici. cõstituerit. Viderunt Stoici neminẽ esse sapientẽ, nisi bonum uirum: uiderunt nihil esse uere bonum aut honestum, præter ueram uirtutem, nihil horrendum aut malum, præter unam turpitudinẽ. Iniuriam nõ esse pensandam iniuria, multis modis

Socrates. apud Platonem docet Socrates: item cum immortalis sit anima, non esse deplorandos, qui cum fiducia bene actæ uitæ hinc demigrant in uitam feliciorem: præterea animam omnibus modis abducendam ab affectibus corporis, & ad ea traducendam, quæ uere sunt, cum nõ uideantur. Nullam rem nobis suauem esse posse, quæ

Aristoteles. non aliquo modo cõtemnatur, in politicis scripsit Aristoteles, una uirtute excepta. Nihil in uita homini suaue esse posse, nisi adsit animus nullius mali sibi conscius,

Epicurus. unde ceu fonte scatet uera uoluptas, fatetur & Epicurus. Quid quod magnã huius doctrinæ partẽ præstitere nõ pauci, præcipue Socrates, Diogenes, & Epictetus? At

Christus. eadem cum tanto plenius & docuerit & præstiterit CHRISTVS, an non prodigij simile, hæc à Christianis uel ignorari uel negligi, uel etiam rideri? Si sunt quæ propius pertinent ad Christianismum, his antiquatis, illa sequamur: sin hæc sola sunt,

Decreta Christi pro obsoletis habemus. quæ uere Christianum possint efficere, cur hæc propemodum magis pro obsoletis & abrogatis habemus, q̃ libros Mosaicos? Primum autem est scire quid docuerit, proximum est præstare. Neq; enim ob id opinor, quisquàm sibi Christianus esse

Hæc argutum faciunt, at nõ Christianum. uideatur, si spinosa, molestaq̃ uerborum perplexitate, de instantibus, de relationibus, de quidditatibus ac formalitatibus disputet: sed si quod CHRISTVS docuit & exhibuit, id teneat exprimatq̃. Non quod horum studium damnem, qui in ar-

Ex euãgelicis & apostolicis literis, germana Christi philosophia felicissime hauriẽ gutijs huiusmodi non sine laude, exercuerunt ingenij sui uires: nolim enim offendi quenq̃, sed quod existimem, & uere, ni fallor, existimo, puram ac germanam illam CHRISTI philosophiam, non aliunde felicius hauriri, quàm ex euangelicis libris, quàm ex apostolicis literis, in quibus si quis pie philosophetur, orans magis quàm argumentans, & transformari studens potius q̃ armari, is nimirũ comperiet nihil

esse

esse quod ad hominis felicitatem, nihil quod ad ullam huius uitæ functionẽ pertineat, quod in his non sit traditum, discussum, & absolutum. Siue quid discere cupimus, cur alius autor magis placet q̃ ipse CHRISTVS? Siue uiuendi formam requirimus, cur aliud nobis prius est exemplum, q̃ Archetypus ipse CHRISTVS? Siue pharmacum aliquod aduersus molestas animi cupiditates desyderamus, cur alibi putamus remedium esse præsentius? Siue cupimus residem ac langueſcentẽ animum expergefacere lectione, quæso ubi reperias igniculos æque uiuos & efficaces? Siue uisum est animũ ab huius uitæ molestijs auocare; cur aliæ magis placent deliciæ? Cur statim malumus ex hominũ literis, CHRISTI sapiẽtiam discere q̃ ex ipso CHRISTO? qui quod pollicitus est se semper nobiscum fore usq; ad consummationem seculi, in his literis præcipue præstat, in quibus nobis etiamnum uiuit, spirat, loquitur, penè dixerim efficacius, quàm cum inter homines uersaretur. Minus uidebant, minus audiebant Iudæi, quàm tu uides & audis in euangelicis literis, tantũ ut oculos & aures adferas, quibus ille cerni & audiri possit. Quid tandem hoc rei est? Literas ab amiculo scriptas, seruamus, exosculamur, circumferimus, iterum atq; iterum relegimus: & tot sunt milia Christianorũ, qui cum alioqui docti sint, euangelicos & apostolicos libros, ne legerint quidem unquàm in omni uita. Mahumetæi sua tenent dogmata. Iudæi & hodie ab ipsis cunabulis suũ ediscunt Mosen: Cur nos non idem præstamus CHRISTO? Qui Benedicti profitentur institutũ, regulam ab homine, eoq; penè idiota, & idiotis scriptam, tenẽt, ediscunt, imbibunt: Qui Augustiniani sunt ordinis, autoris sui regulam callent. Franciscani Francisci sui traditiunculas adorant, amplectuntur, & quôquo terrarum se contulerint, secum circumferunt, tutos se non credunt, nisi libellus adsit in sinu. Cur illi plus tribuunt regulæ ab homine scriptæ, quàm uniuersi Christiani suæ regulæ, quam omnibus tradidit CHRISTVS, quam omnes ex æquo professi sunt in baptismo? Denique qua (ut sexcentas etiam addas) nulla possit esse sanctior? Atque utinam fiat, ut quemadmodum Paulus scripsit, Mosi legem non fuisse glorioſam præ gloria succedentis euangelij, ita Christianis omnibus euangelia & apostolorum literæ ita sanctæ habeantur, ut hæc præ illis non uideantur esse sancta. Quid Alberto magno, quid Alexandro, quid Thomæ, quid Aegidio, quid Ricardo, quid Occam alij uelint tribuere, per me sanè cuiq; liberum erit: nolim enim cuiusquàm imminuere gloriam, aut cum inueteratis iam hominum studijs dimicare. Sint illa quantumuis erudita, quantumuis subtilia, quantumuis si uelint seraphica, hæc tamen certissima fateantur oportet. Paulus dijudicari uult spiritus prophetarum, num ex deo sint. Augustinus omnes omnium libros cum iudicio legens, nihilo plus iuris postulat & suis: In his solis literis, & quod non assequor, tamen adoro. Hunc autorem nobis non schola Theologorum, sed ipse pater cœlestis, diuinæ uocis testimonio comprobauit, idq; bis, primum ad Iordanẽ in baptismo, deinde in monte Thabor in transfiguratione: HIC (inquit) EST FILIVS MEVS DILECTVS, IN QVO MIHI COMPLACITVM EST, IPSVM AVDITE. O solidam autoritatem, ueréque (ut isti uocant) irrefragabilem.

Vtilitas.

Literæ hoim.

Christus non minus nobis præsens est in euangelicis literis, q̃ cum uiueret.

Homines.

Deus.

Piũm uotum.

Theologi recens.

Ab autore.

Quid

Quid eſt ipſum audite? Nimirum, hic unicus eſt doctor, huius unius diſcipuli ſi-
tis. Attollat ſtudijs ſuum quiſq; quantum uolet autorem, hoc de uno citra exce-
ptionem dictum eſt CHRISTO. In hunc primū deſcendit columba, paterni teſti-
Petrus. monij cōprobatrix. Huius ſpiritum proxime refert Petrus: cui ſummus ille paſtor
oues ſuas ſemel iterum ac tertio paſcendas cōmiſit, paſcendas autē haud dubium
Paulus. quin Chriſtianæ doctrinæ pabulo. Hic in Paulo ueluti renatus eſt, quē ipſe uoca-
Ioannes. uit organum electum, & inſignem ſui nominis præconē. Ioannes qđ è ſacroſancto
Scotus. illo pectoris fonte hauſerat, id ſuis expreſſit literis. Quid quæſo ſimile in Scoto
Thomas. (nolim id contumeliæ cauſa dictum uideri) quid ſimile in Thoma? Quanq; illius
ingenium admiror, huius etiā ueneror ſanctimoniam. Cur non in his tantis auto-
ribus philoſophamur oēs? Quin hos ſinu circumferimus, hos ſemper habemus
in manibus, quin in his uenamur, ſcrutamur, diſquirimus aſſidue? Cur maior uitæ
portio datur Auerroi, cq; Euangelijs? Cur tota penè ætas in hominum decretis, &
inter ſe pugnantibus opinionibus conteritur? Iam uero ſint illa ſanè, ſi libet, ſubli-
mium Theologorū. At in his certe ſit futuri quondam magni theologi tyrociniū.
Quotquot in baptiſmo iurauimus in uerba CHRISTI: ſi tamen ex animo iurauimus,
Chriſti dogmatis imbuendi pueri mox inter ipſos parentū cōplexus, & nutricū blandicias, CHRISTI dogmatis imbuamur. Nam & altiſſime inſidet, & tenaciſſime hæret, quod primum rudis illa animi teſtula cōbiberit. CHRISTVM prima ſonet balbuties, ex huius euangelijs prima formet infantia: quē ita cum primis tradi cupiam, ut & à pueris ametur.
In his deinde uerſent ſtudijs, donec tacitis auctibus adoleſcant in uirum robuſtū
Literæ humanæ. in CHRISTO. Aliorū literæ ſunt eiuſmodi, ut nō parū multos pœnituerit inſumptæ in illis operæ: ac ſæpenumero fit, ut qui per omnē uitam, pro tuendis illatū decretis aū mortē uſq; depugnarūt, in ipſa morte, ab autoris ſui factione deſciſcant.
Diuinæ. At felix ille quē in hiſce literis meditantē mors occupat. Has igitur toto pectore ſitiamus omnes, has amplectamur, in his iugiter uerſemur, has exoſculemur, his demum immoriamur, in has transformemur, quandoquidē abeunt ſtudia in mores.
In has transformemur. Qui cōſequi nō poteſt (quis autē id nō poteſt, ſi modo uelit) is ſaltem adoret, haſce literas, ceu thecam illius diuini pectoris. Si quis oſtendat CHRISTI pedibus impreſſum ueſtigium, cq; procumbimus Chriſtiani, cq; adoramus? At cur non potius
In euāgelicis & apoſtolicis literis ſpirans eſt & uiua Chriſti imago. uiuam illius & ſpirantē imaginē in hiſce ueneramur libris? Si quis CHRISTI tunicam exhibeat, quo non terrarū prouolaturi ſimus, ut eam oſculari liceat? Atqui ut totam illius ſupellectilem proferas, nihil erit, quod CHRISTVM expreſſius ac uerius repræſentet, cq; euangelicæ literæ. Ligneam aut ſaxeam ſtatuam, amore CHRISTI, gemmis auroq; decoramus. Quin hæc potius auro gemmisq;, & ſi quid his pretioſius, inſigniunt, quæ tanto præſentius CHRISTVM nobis referunt, cq; ullæ imaguncula? Siquidem illa, quid aliud cq; corporis figuram exprimit? ſi tamē illius
Euangelicæ literæ. quicquàm exprimit: at hæ tibi ſacroſanctæ mentis illius uiuam referunt imaginē, ipſumq; CHRISTVM loquentem, ſanantē, morientē, reſurgentē, deniq; totum ita præſentem reddunt, ut minus uiſurus ſis, ſi coràm oculis conſpicias.

PARACLESEOS FINIS.

Ratio

RATIO SEV COMPENDIVM VERAE THEOLOGIAE, PER ERASMVM ROTERODAMVM.

VM primum nouum testamentum, à nobis recognitum, essem æditurus, flagitantibus id amicis quibusdam, methodum quandam ac rationem Theologici studij curaueram adijciendam, breuem quidem illam, sed quæ tum mihi uisa est satis copiosa in operis præfatione: ueritus, ne non præfatio, sed aliud opus operi additum uideretur. Quod si hæc ratio me nihil mouisset, tamen operis celeritas, iam ad metam decurrentis, breuitatem flagitabat. Nunc idem agemus aliquanto copiosius, & ita rem temperabimus, ut si libeat, præfationis uice possit addi: sin minus, seperatim legi: nimirum conuiuatores frugaliter splendidos, & magnifice sordidos imitati, qui pridianorũ obsoniorũ frustula recentibus admixta, cõmuni tegunt conditura. Atq; utinam præstare queam, quod flagitor. Magnũ quidem, ad Theologiæ studium animos hominum inflammare: sed absolutioris artificis est, huiusce cœlestis studij uiam ac methodum tradere, nõ dicam ut dignum est (quid enim potest humana industria, quod rebus diuinis ulla ex parte respondeat?) sed sic, ut labor hic noster mediocrẽ adferat utilitatẽ, sacrosanctæ Theologiæ candidatis. Non minima negocij pars est, adeundi negocij uiam nosse: & satis festinat, qui nusquàm aberrat à uia. Sæpe & sumptum duplicat & laborẽ, qui crebris erroribus & longis ambagibus tandem eò peruenit, quò destinarat, si tamen peruenire contingat. Porrò qui compendiariam quoq; uiam indicat, is gemino beneficio iuuat studiosum: primum, ut maturius quò tendit, pertingat: deinde ut minore labore sumptuq; quod sequitur, assequatur. Sed subuereor, ne, cui mea tenuitas nota sit, protinus hic reclamet: Tũ uiam indicabis, quã ipse nunq; ingressus es? aut certe infeliciter ingressus es? non minus ridicule facturus, q; si cæcus cæco dux esse postulet, iuxta prouerbium Euangelicum. Equidem maiorẽ in modum optarim, ut istuc uere queam inficiari. Sed tamen quid uetat, imitari nautas quosdam: qui cum ipsi, naui ad scopulum elisa, nudi uix enatarint, nihilo secius alijs soluentibus solent recte cõsulere, cõmonstratis periculis: aut certe Mercuriales illas statuas πολυκεφάλας, quæ quondã in cõpitis poni solitæ, suo nõnunq; indicio uiatorẽ eò puehunt, quò nunq; ipsæ sint peruẽturæ: & ut nõnihil ex Poëtis attingam, fungi uice cotis, acutũ

Reddere quæ ferrum ualet, exors ipsa secandi: Postremo, cæcus uti si monstret iter, tamen aspice. Tametsi diuus Aurelius Augustinus accurate simul & copiose

Opus retextũ

Exhortatio.

Methodus.

γνώμη.

Cõpendium.

Prouerbium.

Simile.

Simile.

Simile ex Horatio.

quator libris,quibus titulum fecit De doctrina Christiana,super hoc propemodũ argumẽto differit:& ante hunc,opinor,Dionysius quidã in opere, quod inscribit De diuinis nominibus:quo magis nos idem agemus,nõ modo cõtractius,uerum etiam crassius,& pinguiore,quod aiunt,Minerua: quippe qui nequaq; excellentibus uiris ista paramus, sed rudibus ac plebeis, uenæq; inferioris ingenijs nostra qualicunq; industria nitimur subuenire. Itaq; quod primo loco præcipiẽdum erat, id sanè perq; facile,& ut isti loquuntur,numero dici potest. Cæterũ quod ad usum attinet,omniũ est longe primũ ac maximũ. Et ut in præcipiendo minimũ est negocij,ita est in præstando plurimũ:nimirũ ut ad hanc philosophiam, nõ Platonicam,aut Stoicam,aut Peripateticam,sed planè cœlestem:animũ adferamus ea dignum,nõ tantum purum ab omnibus,quoad fieri potest, uitiorũ inquinamentis, uerumetiam ab omni cupiditatũ tumultu tranquillum ac requietũ:quo expressius in nobis,uelut in amne placido,aut speculo leui & exterso,reluceat æternæ illius ueritatis imago. Nam si Hippocrates à suis discipulis exigit mores sanctos & integros:si Iulius Firmicus in arte superstitiosa nõ admittit ingeniũ lucri gloriæue morbo corruptum: si prisci dæmonũ cultores nõ recipiebant quenq; ad sua prophana mysteria, nisi prius multis obseruationibus repurgatum: quanto magis æquum est,nos ad huius diuinæ sapientiæ scholam,seu templum uerius, purgatissimis animis accedere? Paulus enatrationem arcanæ scripturæ,non philosophiam,sed prophetiam uocat:Prophetia uero,spiritus illius æterni donum est.

Primum præceptum.

Animus theologia dignus.

Hippocrates.

Iulius Firmicus.

βέβηλοι.

Theologia. prophetia.

Huic igitur pectus tuũ præpares oportet,ut tu quoq; uerbo ꝓphetico θεοδίδακτος uocari merearis. Adsit oculus fidei simplex & columbinus,qui non cernit nisi cœlestia. Accedat summus ardor discendi. Non dignatur hoc incõpatabile margaritũ, uel amari uulgaritet,uel cum alijs diligi:sitientẽ requirit animũ,& nihil aliud sitientem. Iam hoc sacrũ limen adituris procul absit omnis fastus,procul absit omne supercilium:ab huiusmodi protinus resilit ille spiritus,qui mansuetis minimeq; ferocibus gaudet animis. Augustum est huius reginæ palatiũ,si penetraris in penetralia,sed uehemẽter humili ostio patet aditus. Ceruicẽ submittas oportet,si uelis admitti. Procul absit illa ueri nocentissima pestis,gloriæ fames,quæ ferocia solet ingenia comitari:absit rixarum parens pertinacia,multo magis cæca temeritas. Quod Pythagoræ numeros quosdam magicos docenti,præstiterunt auditores,tu multo magis præstes spiritui doctori:tuo iudicio diffisus, illi te fingẽdum formandumq; permittas. Cum loca subis religione ueneranda,exoscularis omnia,adoras omnia: & quasi nusq; nõ adsit numen aliqd',ita nihil nõ reuereris:id tibi multo religiosius faciendũ memineris,cum hæc diuini spiritus adyta subiturus es. Quod datur uidere,pronus exosculare:qd' non datur,tamẽ opertũ quicquid est,adora simplici fide, proculq; uenerare. absit impia curiositas. Quædã mysteria uel ob hoc ipsum uidere mereberis,quod temetipsum ab illorũ conspectu reuerẽter submoueris. Cæteras disciplinas cautim ac sobrie uult Augustinus attingi,libros humanos uult cum iudicio delectuq; legi. Hic si quid occurrit,qd' parum congruat in naturã diuinã, aut qd' cum CHRISTI doctrina pugnare uideat': caue calumnieris, quod scriptũ est:

Fides.

Ardor.

Mansuetudo.

κενοδοξία.

Contentio.

Quomodo legendi sacri libri.

sed te

ſed te potius crede non aſſequi quod legis,aut ſubeſſe tropum in uerbis,aut codicẽ eſſe deprauatũ:ueluti cũ legis deum iraſci,aut pœnitẽtia tangi:cum id habeat certũ Chriſtiana fides,deum ab affectibus huiuſmodi prorſus immunẽ eſſe:aut cũ legis à CHRISTO præcipi apoſtolis,ut diuenditis tunicis,emant ſibi gladios:cum idem antea uetuiſſet,ne malo reſiſterẽt. Inter humanas diſciplinas aliæ alium habẽt ſcopum. Apud rhetorẽ hoc ſpectas,ut copioſe ſplendideq; dicas: apud dialecticũ, ut argute colligas,& aduerſariũ illaquees. Hic primus & unicus tibi ſit ſcopus,hoc uotum, hoc unum age, ut muteris, ut rapiaris, ut affleris,ut tranſformeris in ea,quæ diſcis. Animi cibus eſt,ita demũ utilis,nõ ſi in memoria ceu ſtomacho ſubſidat,ſed ſi in ipſos affectus,& in ipſa mentis uiſcera trajciat. Ita demũ tibi uideare profeciſſe:nõ ſi diſputes acrius,ſed ſi te ſenſeris,paulatim alterũ fieri,minus elatum, minus iracundũ,minus pecuniarũ aut uoluptatũ aut uitæ cupidũ,ſi cotidie uitijs decedat aliquid,aliquid accreſcat pietati. In diſputando ſeruanda ſobrietas, ſummaq; animi moderatio, ut collatio, non cõflictatio uideatur. lectionẽ ſubinde interrumpat precatio,aut gratiarumactio:quorũ altera ſacri ſpiritus imploret opem, altera beneficium agnoſcat:ſicubi te ſenſeris profeciſſe.

Tropi.

Scopus ſtudij Theologici.

Profectus argumentum.

Diſputatio & lectio quales.

Quorundã em̃ mores faciũt,ut hoc ſanctiſſimũ ſtudiũ apud q̃ſdã male audiat: cum apicẽ & faſtigiũ huius profeſſionis aſſecuti,ferociores ſint idiotis,ambitioſiores,magis irritabiles,lingua uirulentiores, ac prorſus ad omnem uitæ cõſuetudinẽ incõmodiores:non modo quàm ſint imperiti,ſed quàm ipſi ſoleant eſſe,ut tales ab ipſa Theologia redditi quibuſdam uideantur. Sanctus Iacobus admonet, ut qui ueram ſapientiam ſit aſſecutus, eam præſtet ac declaret, non ſupercilio aut diſputandi pertinacia,ſed ꝓbitate morum ac manſuetudine. Porrò ſcientiam,quæ amarulentam habet æmulationem,quæ pertinacem contentionẽ,negat è ſupernis proficiſci,ſed terrenam,ſed animalem ac dæmoniacam uocat. Nam ſapiẽtia uere theologica primum,inquit,pudica eſt:deinde,modeſta,pacifica,tractabilis,plena miſericordiæ,& fructibus bonis,neſcia dijudicationis, neſcia ſimulationis.

Theologiæ moribus exprimenda.

Iacobi.iij.

Iam quod ad eas attinet literas,quarũ adminiculo commodius ad hæc pertingimus,citra cõtrouerſiam prima cura dabit perdiſcendis tribus linguis,Latinæ,Græcæ,& Hebraicæ:quod cõſtet,omnẽ ſcripturã myſticam hiſce proditam eſſe. Quarũ cum Auguſtinus Latinã duntaxat calleret,Græcam leuiter attigiſſet,Hebraicã nec ſciret,nec ſperaret:tamẽ libro De doctrina Chriſtiana ſecundo nõ dubitat, harum cognitionẽ ad ſacros codices,uel intelligẽdos,uel reſtituendos neceſſariam pronunciare:qd',quẽadmodum incognitis elemẽtorũ figuris nemo legit qd' ſcriptũ eſt,ita ſine cognitione linguarũ nullus intelligit qd' legit. Neq; uero mihi protinus hic reſilias amice lector,negocij difficultate,ceu claua repulſus. Si nõ deſit animus,ſi non deſit præceptor idoneus, minore penè negocio tres hæ linguæ diſcentur, q̃ hodie diſcit' unius ſemilinguæ miſeranda balbuties, nimirũ ob præceptorũ,tum inſcitiã, tum inopiam. Atq; hoc ſanè nomine par eſt,ut clariſſimi uiri Hieronymi Buſlidij, quondã præpoſiti Arienſis,memoria ſacroſancta ſit,cum oñibus honeſtarũ diſciplinarũ ſtudioſis,tum præcipue Theologiæ candidatis:qui fraudatis etiã hæredi-

Diſciplinæ ad Theologiam neceſſariæ.

Tres linguæ.

Auguſtinus.

Hieronymus Buſlidius.

bus,ingentē pecuniarū uim in hunc uſum legato reliquit, ut honeſto ſalario para/
rentur,qui Louanij tres linguas profiterent. Cuius laudis nō minima portio debe
Aegidius Buſlidius tur & huius germano Aegidio Buſlidio,qui ſic fauet fratris teſtamēto,imò ſic lite/
ris ipſe literatiſſim⁹,ut malit eam pecuniam iuuandis ſtudijs omniū,q̄ ſuis ſcrinijs
augendis dicatā. Exēplum hoc pulcherrimū gnauiter æmulat uir omniū ſeculorū
Stephanus Poncherius. memoria dignus,Stephanus Poncherius epiſcopus Pariſienſis, undique præmijs
ampliſſimis euocans,qui linguas doceant. Neq; flagitat Aurelius Auguſtinus,ut
in Hebræis Græciſq; literis uſq; ad eloquētiæ miraculum proueharis, qđ admo/
dum paucis cōtingit & in Rhomano ſermone. Satis eſt,ſi ad mundiciem & elegan
tiam,hoc eſt,mediocritatē aliquā progrediare,qđ ſufficiat ad iudicandū. Nam (ut
omnes cæteras humanas diſciplinas negligamus)nulla ratione fieri poteſt,ut intel/
ligas qđ ſcriptū eſt,ſi ſermonis,quo ſcriptū eſt, fueris ignarus: niſi forte malumus
Obiectio. ocioſi,quicquid hoc eſt muneris,cum apoſtolis è cœlis expectare. Neq; em̄ audien
dos arbitror iſtos quoſdā, qui cū in ſophiſticis tricis,& illiteratis literis uſq; ad de/
crepitam ætatē cōputreſcant,dicere ſolent: Mihi ſatis eſt Hieronymi tranſlatio. Sic
em̄ potiſſimū reſpōdent ij,qui ne Latine quidē ſcire curant,ut his etiā fruſtra uerte
Ratiōes quare neceſſariæ linguæ. rit Hieronymus. Cæterū ut ne dicam interim,plurimis modis referre,è ſuis haurias
fontibus aliquid,an è qualibuſcūq; lacunis. Quid qđ quædā ob ſermonū idioma/
Idiomata ſermonum. ta ne poſſunt quidē ita tranſfundi in alienā linguam,ut eandē lucē,ut natiuam gra
tiam,ut parem obtineant emphaſin? Quid qđ quædā minutiora ſunt,q̄ ut omni/
no reddi poſſint? id qđ paſſim queriē, clamitatq; diuus Hieronymus. Quid qđ
permulta ab Hieronymo reſtituta,tēporū iniuria interciderūt, uelut Euangelia ad
Græcam ueritatē emendata, uelut obelorū & aſteriſcorū notulæ,ueluti Prophetæ
Deprauatio codicum. cōmatis,colis & periodis diſtincti? Quid qđ ſcriptorū uel errore,uel temeritate ſa/
cri codices tum olim uitiati ſunt,tum hodie paſſim uitiant? Quid qđ Hieronym⁹
unus omnia nec reſtituit,nec potuit reſtituere? Quid ſi idem quædam perperā uel
emēdauit,uel tranſtulit? Aufer mihi hic illa tragica,ô cœlum,ô terra: liceat uera lo/
qui. Quālibet uir pius,quālibet eruditus,homo erat, & falli potuit & fallere. Multa
(ut opinor)illum fugerunt,multa fefellerūt. Poſtremo,quid qđ nec ea cōmentaria,
quibus Hieronymus ea reſtituit,ſatis intelliguntē,ſi linguas, quarū teſtimonijs niti
tur,prorſus ignores? Quod ſi ſemel ſufficiebat Hieronymiana trāſlatio, quorſum
tandē attinebat,caueri Pontificū decretis,ut ueteris inſtrumēti ueritas ab Hebræis
uoluminibus,noui fides è Græcorū fontibus peteret? quod ipſum nō uno in loco
præcipit Auguſtinus. Deniq; ſi hæc,qua uulgo utimur,ſatis erat, qui poſtea factū
eſt,ut tot manifeſtarijs ac pudendis erratis lapſi ſint primi nominis Theologi? Id
quod apertius eſt,q̄ ut negari,uel diſſimulari poſſit. In quibus eſt & Auguſtinus
inter antiquos præcipuus: & ipſe neotericorū omniū, mea ſentētia,diligentiſſimus
Tho. Aquinas laudatus. Thomas Aquinas,quē mihi parū propitiū eſſe uelim,ſi aut mētior,aut cōtumeliæ
cauſa hæc dico: ne quid interim loquar de cæteris,cū hoc haudquaq̄ conferendis,
meo quidē iudicio. Quod ſi cuius ætas iam ad hoc præterijt,is,qđ eſt uiri pruden/
tis,ſuam ſortem boni conſulat,& quantū poteſt,aliena fulciat induſtria, modo ne

bonæ

bonæ ſpei iuuenibus, quibus hæc potiſſimũ ſcribunt, obſtrepat. Quanq; ego profecto ne ſenibus quidẽ fuerim autor deſperandi, quando quidẽ quatuor nominatim recenſere poſſim, mihi familiariter notos, uiros iam libris etiam æditis celebres: quorũ unus duodequinquaginta natus annos, nemo nõ maior quadraginta, prima Græci ſermonis elementa ſit aggreſſus. Porrò quò profecerint, ipſi ſuis teſtant monimẽtis. Quod ſi Catonis exẽplum leuiter nos mouet: ipſe diuus Auguſtinus, iam epiſcopus, iam ſeneſcens, ad Græcas literas puero deguſtatas quidẽ, ſed faſtidi tas, reuerſus eſt. RODOLPHVS AGRICOLA, unicũ Germaniæ noſtræ lumẽ & ornamentũ, annũ egreſſus quadrageſimũ, Hebræas literas diſcere nec erubuit, uir in re literaria tantus, nec deſperauit homo natu tam grandis. nam Græcas adoleſcens imbiberat. Ipſe iam quinquageſimũ tertiũ ingreſſus annũ, ad Hebraicas literas olim utcunq; deguſtatas, cũ licet, recurro. Nihil eſt em̃ qd nõ efficiat humanus animus, modo ſibi imperauerit, modo impenſe uelit. Et ad hoc, ut dixi, negocium qualiſcunq; mediocritas ſatis eſt, dum ea ſanè abſit à temeritate, quæ ferè ſolet hoc audacius pronunciare, quo minus exacte dijudicat. Felicior quidẽ hac in parte iuuentus: at interim nõ deſperandi ſunt ſenes. Illa plus ſpei de ſe præbet, at huic nonnunq; ardor animi præſtat, qd aliijs nõ præſtat ætatis uigor. Porrò ſentẽtiam Hilarij & Auguſtini, qui putant in ueteris inſtrumenti libris nihil requirendum ultra Septuaginta tranſlationem, ſatis in epiſtolis ac præfationibus ipſe refellit Hieronymus: & ſi non refelliſſet ille, ſatis refellebat inſignis ille lapſus Hilarij in dictione Oſanna: diuo quoq; Ambroſio ad eundem impingente lapidem. Sed more hominum fit, ut tantum quiſq; probet, quantum ſe aſſequi poſſe confidat. Ad interpretationem Septuaginta uetus teſtamentum contulit Auguſtinus: multo magis idem facturus ad Hebraicam ueritatem, ſi literas eas tenuiſſet.

Nec ſenibus deſperandæ linguæ.

Cato ſenex Græce diſcit.

Auguſtinus.

Rodolphus Agricola.

Hilarij & Auguſtini opinio

Porrò ſi rara quædã felicitas, & alba, qd dici ſolet, indoles inſignẽ Theologũ poliri uidebit, haud mihi diſplicet, qd in libris De doctrina Chriſtiana placuit Auguſtino, ut cautim ac moderate deguſtatis elegantioribus diſciplinis per ætatẽ, inſtruat ac præparet, nempe dialectica, rhetorica, arithmetica, muſica: cũ primis autẽ rerum naturaliũ cognitione uelut ſyderũ, animantiũ, arborũ, gemmarũ: ad hæc locorũ, præſertim eorũ, quos diuinæ literæ cõmemorant. Fit em̃ ut agnitis ex coſmographia regionibus, cogitatione ſequamur narrationẽ obambulantẽ, & omnino nõ ſine uoluptate, uelut unà circumferamur, ut rem ſpectare uideamur, nõ legere. Simulq; nõ paulo tenacius hærẽt, quæ ſic legeris. Neq; uero raro locorũ uocabula ſuis libris, ceu lumina quæpiã, interſpiciunt Prophetæ, quorũ allegoriam ſi quis tractare conetur, nec tuto nec feliciter id fecerit, ſi locorũ ſitum ignoret. Iam ſi gẽtium, apud quas res geſta narrat, ſiue ad quas ſcribũt Apoſtoli, nõ ſitum modo, uerum etiã originẽ, mores, inſtituta, cultũ, ingeniũ ex hiſtoricorũ literis didicerimus: dictu mirum, quantũ lucis: & ut ita dicam, uitæ ſit acceſſurũ lectioni, quæ prorſus oſcitabunda mortuaq; ſit oportet, quoties nõ hæc tantũ, ſed & omniũ penè rerum ignorantur uocabula: adeo ut nõnunq; uel impudẽter addiuinantes, uel ſordidiſſimos cõſulentes dictionarios, ex arbore faciant quadrupedẽ, è gẽma piſcem, è citharœdo

Poſt linguas quæ diſcenda.

Dialectica.
Rhetorica.
Arithmetica.
Muſica.
Phyſica.
Coſmographia.

Hiſtoria.

γελοῖον.

fluuiũ,ex oppido fruticẽ,è ſydere auem,ex braſſica bracam. Abunde doctũ uidẽt iſtis,ſi tantũ adiecerint,eſt nomẽ gemmæ,aut eſt ſpecies arboris,aut eſt genus animantis,aut ſi quid aliud mauis. Atqui nõ raro ex ipſa rei ꝓprietate pendet intellectus myſteriꝝ. Quod cuidẽtius declarat Auguſtinus libro De doctrina Chriſtiana ſecundo,cap.xvj.exẽplis aliq̃t in eam rem arguendam adductis. Porrò quidã ſola dialectica freti,ſatis inſtructos ſeſe putant,ut quauis de re diſſerant. Et probat quidem Auguſtinꝰ,ſi quis cõnexionũ rationes teneat, modo abſit peculiaris huic arti morbus,pertinax contentio,ac libido rixandi. Sed obſecro te, quid diuides aut finies,aut quid colliges,ſi rerũ,de quibus diſſeritꝰ,uim ac naturã ignores? Quid profuerit tibi cõcinnaſſe ſyllogiſmũ in Celarent, aut Baroco,de crocodilo diſputans,ſi neſcias qd̃ arboris,aut animãtis genus ſit crocodilus? Neq; uero hæc tam diſcuntꝰ ex octo libris Naturaliũ Ariſtotelis,qui ſoli nũc traduntꝰ in ſcholis,q̃ ex eruditiſſimis eiuſdẽ cõmẽtariꝭs de animantibꝰ,ex libris meteorologicõn,ex problematis: ex Theophraſti libris de plantis,uentis,ac gẽmis:ex Plinio, ex Macrobio, Athenæo & Dioſcoride,ex Senecæ naturalibus,aliꝭq; hoc genus ſcriptoribꝰ:etiamſi nõ mediocriter ad hanc eruditionis partẽ conducunt Poëtæ,apud q̃s frequẽs huiuſmodi rerũ deſcriptio,uelut apud Lucanũ,quanta deſcriptio uenenorũ? Oppianus uero etiã ex profeſſo de piſcium ac ferarũ naturis prodidit, Nicander de noxiꝭs beſtiꝭs. Sunt quædã artes,quas Auguſtinus inter ſuperſtitioſas & improbatas recenſet: è quarũ ritibus quædã narrationes ducuntꝰ in ſacris literis. Profuerit igitꝰ & harũ ſuperſtitioſas obſeruationes nõ ignorare,quã ad rem potiſſimũ cõferet lectio Poëtarum,ſubinde magicas ineptias depingentiũ. Conferrẽt & Senecæ libri de ſuperſtitioſo deorũ cultu,ſi modo extarent, q̃s Auguſtinus ſe legiſſe teſtatꝰ. Et ſunt quidã, aut fuere potius, qui ſua induſtria Chriſtianorum ocio conſuluerunt in hac parte, explicatiſ uocabulis,ac naturis earũ rerum duntaxat,quarũ in diuinis libris habetꝰ mẽtio,quorũ de numero fuit Euſebius Cæſariẽſis epiſcopꝰ. Et extant hodie quoq; in hoc genere nõnulla monumẽta,partim Hieronymi titulo,ſed,ut apparet,cõfuſa mutilaq;. Tametſi nec iſta legimus pleriq;,ſed ſi qua uox ignotæ ſeu peregrinæ linguæ inciderit,tripodis uice nobis eſt Ebrardus Græciſta,aut cõfuſiſſimus ille libellus de nominibꝰ Hebraicis. Quibuſdã ad oñia ſatis eſt unũ Catholicon, aut hoc eruditior Iſidorus. Nec illud,opinor,inutile fuerit,ſi Theologiæ deſtinatus adoleſcens,diligẽter exerceatꝰ in ſchematis ac tropis grãmaticorũ rhetorũq;,quæ nõ magno negocio ediſcuntꝰ: etiã præludat in fabulis ad allegoriam explicandis,præſertim iꝭs,quæ ad mores bonos pertinẽt.ueluti ſi Tantali fabulã accõmodes ad diuitẽ incubantẽ & inhiantẽ opibus ſuis,nec tamẽ fruentẽ.ſi Phaëtontis, ad periculoſam temeritatẽ ſuſcipiẽtis magiſtratũ,qui magiſtratui gerẽdo nõ ſit idoneus. Idem fiat in Apologis:in Similibus,de quibus à nobis nõnihil eſt proditũ. Tum in his præcipue partibus rhetorices,quæ tractant de ſtatibus,de ꝓpoſitionibus,de probationibus,de amplificationibus,de quibus accuratiſſime tractat Fabius: deq; geminis affectibus,alteris q̃s ἤθη uocant,mitioribus:alteris acrioribus,quos πάθη dicunt,de quibus nemo diligentius ſcripſit Ariſtotele:qd̃ harũ rerũ peritia maiorẽ in modũ faciat

Dialectica ſola non ſufficit ad diſputandum.

Vnde diſcitur Phyſica.

Poetæ.

Oppianus.

Nicander.

Malas etiam artes conuenit non ignorare.

Euſebius.

Catholicon.

Iſidorus.

Figuræ grammaticæ.

Progymnaſmata Theologi futuri.

faciat ad iudicium,quæ res in omni ſtudiorum genere ualet plurimũ. Et quoniam profeſſio theologica magis conſtat affectibus q̃ argutijs, quas in Ethnicis quoq; philoſophis ipſi rident Ethnici, Paulus in Chriſtiano deteſtatur, idq; non uno in loco:conueniet non ſegniter per ætatem in hoc genere exerceri, quo poſtea dexterius in Theologicis allegorijs, locisq; cõmunibus tractandis uerſari poſſit. In illis feliciſſimus eſt Origenes,in his creberrimus eſt Chryſoſtomus.Hoc, ni fallor, uidebat Auguſtinus, quum Licentium ſuum ad ſuas muſas, à quibus iam parabat deſciſcere,reuerti iubet,quod eiuſmodi ſtudia ad cæteras item literas,ſeriasq; diſciplinas reddant ingenium uegetius ac ſucculentius.Alioqui ſi quis tantum infantibus illis & anxijs ieiunisq; præceptiunculis imbuatur, puta dialectices, aut uerius, ut nunc ferè traditur, ſophiſtices: quam ipſam tum cotidie nouis & commentitijs difficultatibus,aliam atq; aliam reddunt:fit, ut ad contentionem quidem inuictus euadat. Cæterum in tractandis diuinis literis,in ſacris concionibus, deum immortalem,quàm uidemus iſtos iacere,frigere,imò quàm nõ uiuere, quorum præcipue partes erant,animos inflammare:cuius rei ſi quis exemplum requirat,legat Origenis homiliam de Abraham, iuſſo filium immolare: in quo typus & exemplar ob oculos ponitur,fidei robur omnibus humanis affectibus eſſe potẽtius. At operæpretium ſit,ſingulis penſitatis, ſpectare, quibus & quot machinis tentatio, patris animum impetat,ac repetat. Tolle, inquit, filium tuum.Cuius parentis animum non labefactaret filij nomen? Sed ut ualidior eſſet hic aries,addit,chariſſimũ. Nec hoc cõtentus,adiecit:quem diligis. Satis hæc uideri poterant ad quodlibet humanum pectus expugnandum.Additum dulciſſimum paternis affectibus filij uocabulum,Iſaac,in quo refricatur & promiſſi diuini memoria:à quo audierat:In Iſaac uocabitur tibi ſemen:&,In Iſaac erunt tibi repromiſſiones. Optabat poſteritatem uir optimus, nec erat huius ulla ſpes reliqua occiſo eo, per quẽ unum ueritura erat poſteritas.Et tamen hunc non ſimpliciter iubet occidi,ſed imperat immolari,ut inter apparandum identidem cruciet ſenis animũ affectus pietatis. Multa grauiaq; tentationis pondera.Super hæc omnia iubetur,montem excelſum conſcendere,ad quem tertio demum die peruentum eſt, ut diu uarijs cogitationibus parentis animus quateretur,hinc ſollicitante affectu humano, hinc urgente iuſſu diuino. Iam cum inter eundum puer lignis,quibus exurendus putabatur, onuſtus, parentem, ignem geſtantem & gladium,appellans dicit:Pater mi. atque is reſpondet: Quid uis fili? Quanto ariete charitatis arbitramur pulſatum ſenis animũ? Cui uero non commoueat miſerationis affectum, pueri patri obſequentis ſimplicitas, cum ait: En ignis & ligna,ſed ubi uictima? Tot modis ſollicitata fides Abrahæ. Iam mihi uide,quo robore,quaq; conſtantia iuſſa peragit. Non reſponſat deo, non expoſtulat de fide promiſſi, non deplorat orbitatem ſuam apud amicos & cognatos: quibus rebus utcunq; leniri ſolet dolor. Loco procul conſpecto iubet reſidere famulos,ne quis iuſſa peragenti obſiſteret: filium onerat lignis, ipſe ſtruem in altari collocat,ipſe filium alligat,& lignis mactandum atq; adolendũ imponit, reducto brachio uibrat enſem:filium unicũ,omnẽ poſteritatis adamatæ ſpem,iugulaturus

Licentius Auguſtini.

In præcipuo theologiæ munere frigent.

Abraham tentatus apud Origenẽ.

ni subito uox angelica senis dextrã inhibuisset. Hæc copiosius & elegantius ab Origene differuntur, haud scio maioré ne uoluptate lectoris, an fructu. cum tãtum interim in historico sensu uersetur: nec aliud agat in diuinis libris, quàm Donatus egit in Comœdijs Terentianis, dum Poëtæ consilium aperit. An eadẽ uisurus erat, qui politiores literas nunquã attigisset? qui uix degustatis grammaticæ præceptis, idq; ex autoribus male grãmaticis, mox ad spinosas argutias, & ieiunas quæstionũ anxietates raptus, in his consenuit? Possem exemplis innumeris declarare, q̃; frigide. ne dicam ridicule, ineptiant quidam, quoties est encomio celebrãdus diuus aliquis, aut hymno alióue scripti genere utẽdum, quod splendorẽ & affectum desyderat. Huiusmodi Theologis debemus hymnos quosdã & cantica, quas uulgus Sequẽtias appellat, quæ nemo doctus uel absq; risu, uel absq; nausea legat. Verũ in præsentia non hoc nobis agitur, ut cuiusquã insitiam traducamus, sed ut ad optimam studij rationẽ inuitemus adolescentes. Tantum illud dicam in genere, si quis huius rei promptũ aliquod argumẽtum requiret: ueteres illos theologos, Origenem, Basilium, Chrysostomum, Hieronymum cũ hisce recentioribus componat cõferatq;. Videbit illic aureum quoddã ire flumẽ: hic tenues quosdam riuulos, eósq; nec puros admodum, nec suo fonti respondentes. Illic uelut in felicissimis hortis affatim tũ oblectaberis, tũ expleberis, dũ hic inter spineta sterilia dilaceraris, ac torqueris. Illic maiestatis plena omnia: hic adeo nihil splendidũ, ut pleraq; sordida, parumq; digna dignitate theologica. Quod si diutius immorãdũ sit prophanis literis, equidẽ id fieri malim in ijs, quæ propius affines sunt arcanis libris. Neq; uero me dàm est, quanto supercilio quidã cõtemnant poëticen, ceu rẽ plusq̃ puerilẽ, quãto rhetoricen, quanto bonas, ut uocãt, & sunt, literas omẽs. Attamẽ hæ quãlibet istis fastidiatæ literæ, insignes illos dedere Theologos, quos nũc prodiuius est negligere, q̃ uel intelligeré, uel imitari. Cuius rei si quis sibi fidẽ fieri postulet, dispiciat q̃ multis hoc quicquid est poëticæ seu grammaticæ, ut aiunt, facultatis æmulari conatis, non successerit. À nominibus tempero, ne quem offendam. Poëticis figuris ac tropis scatẽt undiq; Prophetarum literæ. Parabolis omnia penè conuestiuit CHRISTVS, id quod Poëtis est peculiare. Neq; puerilis operæ putauit Augustinus in Propheticis ac Paulinis literis, schemata rhetorum, & orationis cæsuras ac circuitus indicare, in libris De doctrina Christiana: à grammaticis pronunciationis, & syntaxeos differentiam petere. Non referam hic, quod immortalitate digni uiri, Gregorius Nazianzenus, Damasus, Paulinus, Iuuẽcus CHRISTI mysteria poëticis carminibus tractarint. Ipse Paulus apostolus non semel abutitur Poëtarum testimonijs. Vbi tandem in his literis, quod Aristotelem, quamlibet argutum aut eruditum, quod impium Auerroëm referat? Vbi primarũ & secundarũ intentionum, ubi formarum syllogisticarum, ubi formalitatum, aut quidditatũ, aut etiam ecceitatum ulla mentio? quibus apud istos differta sunt omnia. An ideo parum argute disserunt. quod nõ in conclusiones & corollaria dissecent omnia: quod nõ prius dicant, quid dicturi sint, q̃ dicãt: ac rursum admoneãt sibi dictũ esse, quod aliquoties dictum nõ est: quod nõ sermonẽ omnẽ uerbatim penè concisum cõtruncẽt? Hæc pars diuidẽ in tres

Veteres theologi cũ recentioribus collati.

Bonæ literæ.

Pauci poeticen assequũtur.

in tres. prima rursus in quatuor, atq; harum singulæ in ternas. prima ibi. secunda ibi. Hæc demum nobis erudita uidentur, quæ sunt frigidissima: & his à pueris assueti, nihil intelligimus, nisi quod ad eum modum sit frustulatim discerptum. In cæteris professionibus pulcherrimum, ut est, habetur, si suos quisque principes & autores referat. Vergilius expressit Homerum, Theocritum & Hesiodum: Horatius Pindarum & Anacreontem: Auicenna Galenum: Cicero Demosthenem: Platonem Xenophon: Aristoteles, qui nihil non tractauit, pro diuersis argumentis, diuersos: Aristotelem Theophrastus, Themistius & Auerroës. Cur soli nos ausi sumus à nostræ philosophiæ principibus tota dissentiendi ratione desciscere? Quid enim tam dispar ac discrepans à stilo Prophetarum, CHRISTI & Apostolorum, quàm hoc, quo qui Thomam ac Scotum sequuntur, nunc de rebus diuinis disputant? Augustinus sibi gratulatur, quod cum uarijs erroribus ad huc circunferretur, in Platonem potissimum inciderit, quod huius dogmata propius accedant ad CHRISTI doctrinam. Et à finitimis cognatisq; prodiuior est transitus. Neq; uero hæc eo dixerim, quod damnẽ ea studia, quæ nunc ferè uidemus in publicis scholis solennia, modo sobrie castéq; tractentur: neq; sola tamen. Cuiusmodi uero, citra philosophiam Aristotelicam non audere Theologum profiteri: sine grammatica, sine rhetorica, sine omnis antiquæ ac politioris eruditionis cognitione, uel antesignanum ordinis theologici profiteri? Proinde complectantur & illa, si uidetur, pauci, quos æquus amauit Iuppiter, ut uerbis utar Vergilianis, & quibus uacat ali quam ætatis partem perdere. Nos plebeium & properantem instituimus theologiæ tyronem: tametsi, ut ingenue quod sentio dicam, mihi parum tutum uidetur, ad theologiam destinato, in prophanis studijs, præsertim alienioribus consenescere. Fit enim, ut qui palatum ac linguam multo absynthio habẽt infectam, ijs quicquid deinde biberint aut ederint, absynthium sapiat. Et qui diutius in sole uersati sunt, ijs deinde quicquid uiderint, eo sese offerat colore, quem ipsi secum in oculis glaucomate uitiatis, circunferunt. Ita qui bonam uitæ partem in Bartholis ac Baldis, in Auerroibus & Durandis, in sophisticis cauillationibus posuerunt, ijs diuinæ literæ non sapiunt id quod sunt, sed quod illi secum adferunt. Etenim ut elegãs est fortassis, in tractione diuinarum literarum nonnihil uelut ab exoticis illis opibus obiter aspergere: ita uehementer absurdum uidetur, cum rem tractes ab omni sapientia mundana longe diuersissimam, nihil crepare nisi Pythagoram, Platonem, Aristotelem, Auerroëm, & his prophaniores autores: ad horum opiniones, uelut ad oracula obstupescere. An non istud est CHRISTI cœlestem philosophiam, nõ condire, sed prorsus aliam reddere? Taxatur Chrysippus, quod totas Tragœdias in eius commentarijs, quos de logicis conscripsit, reperire licuerit. Quo iustius nos taxauerit aliquis, si uideat plusq; totum Aristotelem in Theologorum commentarijs inueniri. Quod si quis clamabit, absq; exacta horum cognitione nõ esse Theologum: equidem consolabor meipsum tot insignium uirorum exemplis, Chrysostomi, Cypriani, Hieronymi, Ambrosij, Augustini, Clemẽtis, cum quibus thetoriculus esse malim, q̃ cum quibusdã, qui sibi plusq; homines uidentur, Theologus.

Imitatio aliorum.

Simile.

Optimis primũ assuescendum.

Chrysippus notatus.

Veteres theologi fere rhetores erant.

Deniq;

Deniq; consolabor meipsum exemplo Petri ac Pauli, qui ista nō solum nō callue/runt,uerūetiam damnant aliquoties.certe cōstat,nusq; usos esse. Quædā didicisse oportet,nō discere,ut inquit Seneca.At quale spectaculum est,octogenariū Theologum nihil aliud q; in scholis dialecticam ac philosophicā uel docere,uel decerta/re palæstrā?hic sine fine garrire, ad prædicandū CHRISTI euāgelium elinguem?

Exemplum. & ad extremū usq; uitæ nihil aliud q; disputare?Qui se rei bellicæ parant,iis potis/simū exercentur,quæ ad uictoriā certissime cōducunt.Aliptæ futurū athletam,iam tum à puero delectum,fingūt ac formāt in futura certamina,& ad scopū suū omnia

Præcipuus Theologorum scopus. destinant. At præcipuus Theologorū scopus est,sapiēter enarrare diuinas literas: de fide,nō de friuolis quæstionibus rationē reddere:de pietate grauiter atq; efficaciter disserere:lachrymas excutere,ad cœlestia inflāmare animos.Ad hæc iā inde à studiorū initio præludat futurus Theologus,potius q; in alienis literis cōseneſcat.

Illud mea sententia magis ad rem pertinuerit,ut tyrunculo nostro dogmata tradantur,in summā ac compendium redacta.id q; potissimū ex Euāgelicis fontibus, mox Apostolorum literis,ut ubiq; certos habeat scopos,ad quos ea quæ legit,cō/

Sūma doctri/næ Christia/næ. ferat:uelut illa,ut exempli causa paucula notem.CHRISTVM cœlestem doctorē, nouum quēdam populum in terris instituisse, qui totus è cœlo penderet,& omnibus huius mundi præsidijs diffisus,alio quodā modo diues esset,alio sapiens,alio

Ex contemptu felicitas. nobilis,alio potens,alio felix:quic; contemptu rerum omnium,quas uulgus admiratur,felicitatem consequeretur:qui nescire liuorem aut inuidētiam,nimirum ocu/

Liuor. Pudicitia. lo simplici:qui nesciret spurcam libidinem, utpote sponte sua castratus,angelorum uitam in carne meditans:qui nesciret diuortium, quippe nihil non malorum uel ferens,uel emendans:qui nesciret iusiurandum,ut qui nec diffideret cuiq;,nec falleret

Iusiurandum. Auaritia. quenq;:nesciret pecuniæ studium,ut cuius thesaurus in cœlis esset repositus:non ti

Cenodoxia. tillaretur inani gloria, ut qui ad unius CHRISTI gloriam referret omnia: nesciret

Ambitio. ambitionē,utpote, qui quo maior esset,hoc magis sese propter CHRISTVM sub/mitteret omnibus:qui nesciret,ne lacessitus quidem,uel irasci,uel maledicere,nedū

Vltio. ulcisci,quippe qui & de male merentibus benemereri studeret: qui ea morum esset

Innocentia. innocentia,ut uel ab Ethnicis comprobarentur:qui ad infantulorum puritatem ac

Simplicitas. simplicitatē, ueluti renatus esset:qui uolucrum ac liliorum ritu in diem uiueret:in/

Concordia. ter quos summa esset concordia, nec alia prorsus quàm membrorum corporis in/

Charitas. ter ipsa:inter quos mutua charitas omnia faceret communia, ut siue quid esset boni,succurreretur cui deesset,siue mali quippiam,aut tolleretur,aut certe leniretur of/

Exemplū uitæ ficio:qui doctore spiritu cœlesti sic saperet,qui ad exemplum CHRISTI sic uiueret, ut sal,ut lux esset orbis, ut ciuitas esset in ædito sita, omnibusq; undiq; conspicua:

Mortis contemptus. qui quicquid posset,id omnibus iuuandis posset:cui uita hæc uilis esset,mors optāda immortalitatis desyderio: qui nec tyrannidem timeret, nec mortem, nec ipsum denique Satanam,unius CHRISTI præsidio fretus: qui modis omnibus sic ageret,ut ad extremum illum diem semper esset uelut accinctus ac paratus: Hunc esse

Infirmi fouendi,nō alienādi scopum à CHRISTO propositum,quò omnia Christianorum sint referenda,licet interim tolerandi fouendiq; sint imbecilles,donec proficiant.

Hæc

Hæc ſunt autoris noſtri dogmata noua, quæ nulla philoſophorũ familia tradidit. Hoc erat uinũ nouum non cõmittendum niſi nouis utribus. Hæc ſunt per quæ renaſcimur è ſupernis. Vnde & Paulus nouã creaturã appellat, quiſquis in CHRISTO eſt. Peripatetici tenent Ariſtotelis placita: Platonici, Platonis decreta. Epicurei renent Epicuri ſcita: multo magis conuenit nos tanti autoris tenere dogmata. Sed in his pro rerum & hominum uarietate nonnulla differentia eſt.

Quædam planè uetat: quod genus ſunt illa, ne ſint inter nos diuortia, ne ſit liuor, ne ſit ambitio, ne ſtudiũ pecuniæ, ne uindicta, ne ſuſpicio, ne obtrectatio: quos omnes affectus, quanto ſtudio, quãtóq; conſilio eximendos curarit ex animis ſuorum diſcipulorum, mox aliquanto copioſius indicabimus. *Apte uetita à Chriſto.*

Quædã planè præcipit omnibus: quod genus eſt, de mutua charitate, de cõdonandis fratrũ erratis, de tollenda ſua cuiq; cruce: quod ſi recuſes, nõ agnoſcit CHRISTVS diſcipulũ: de mãſuetudine, cum ait Matthæi capite undecimo: Diſcite à me, quod mitis ſum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris: de fide, quam ubiq; requirit: de beneficentia in omnes, aliiſq; his conſimilibus. *Præcepta.*

Quædam ita commendat, ut tamen non exigat: præmio ſollicitans, qui poſſint aſſequi: non pœnam comminans, ſi nequeant. Siquidem Matthæi cap. decimonono, beatos pronunciat eunuchos, qui ſeipſos execuerunt & euirarunt propter regnum dei. Non dicit infelices, qui legitimum matrimonium caſte puréq; colũt. Fortaſſis huc pertinet, quod iuueni dicit: Si uis perfectus eſſe, uade uende omnia quæ poſſides, & ueni ſequere me. Nam mihi potius uidetur, ad uniuerſos Chriſtianos pertinere, quorum nemo non debet eſſe hoc animo, ut ſi quid eiuſmodi poſtularit CHRISTI gloria, cuncta libenter ſit pro derelictis habiturus: nam perfecti nomine Chriſtianum deſignat. Erat ille probus Iudæus: ſupererat, ut CHRISTI diſcipulus factus, perfecta iam ſequeretur. Nihil in rebus humanis uere perfectum: uerũ in ſuo cuiq; ſtatu perfectionis ſtudium adeſſe debet. *Non exacta.*

Quædam contemnit CHRISTVS, ac uelut indigna ſe reiecit. ueluti cum Lucæ cap. duodecimo, inuitatus ad diuidundam hæreditatẽ: Homo, inquit, quis me cõſtituit iudicẽ aut diuiſorẽ ſuper uos? Quædã ueluti diſſimulat, tanq; ad ſe non pertineant, aut tanq; ad ea ſit indifferens: quod genus, cũ apud Matthæũ cap. decimooctauo, Petrum interrogat, utri deberẽt tributũ regibus, filij an alienigenæ: uelut illarũ rerũ imperitus ac rudis, ut quæ ad huius mundi ſordes pertinerẽt. Ac perinde locutus, quaſi nõ debeatur: tamẽ dari iubet didrachma, haud pro omnibus tamẽ, ſed pro ſe dũtaxat, ac Petro. Huius generis & illud, quod apud Matthæũ cap. uigeſimoſecundo, inſidioſe rogatus, num oporteat tributũ pendere Cæſari, iubet exhiberi nomiſma uelut ignotum: eo uiſo, rogat, cuius eſſet imago, & cuius inſcriptio, tanq; id quoq; neſciret. Ac de tributo Cæſari red.dẽdo, reſpondet nõ ſine ambiguitate: Date Cæſari quæ ſunt Cæſaris: ſi quid illi debet, ſoluite. Sed illud ad me magis pertinet admonere, ut detis deo, quæ dei ſunt. Ad conſimilẽ modũ, adulterã in adulterio deprehenſam, apud Ioannem Euangeliſtã, nec damnat, nec tamen palàm abſoluit, ſed admonet, ne iteret cõmiſſum, nolens hominũ neceſſarijs legibus *Contempta. Diſſimulata. De tributis. De cenſu. Supplicia.*

ſuum

ſuum ius adimere,& tamen damnationis autor eſſe nolebat, qui uenerat ſeruandis omnibus:quod quidē in ipſo fuit. Rurſus apud Lucam renunciātibus quibuſdam de Galilæis horrendo nouóq; affectis ſupplicio,quorum ſanguinem Pilatus miſcuerat cum ipſorum ſacrificijs, nec probat, nec improbat legum ſeueritatem, ſed exemplo ad occaſionem admonitionis abutitur.Putatis, inquit, quod hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccauerint,quia talia paſſi ſunt? Non, dico uobis: ſed niſi reſipueritis,omnes ſimiliter peribitis, ſicut illi decem & octo,in quos incidit turris in Siloë, & occidit eos.

Circūſtantiæ faciunt ad intellectum.

Accedit hinc quoq; lucis nonnihil ad intelligendum ſcripturæ ſenſum,ſi perpendamus non modo quid dicatur,uerumetiam à quo dicatur,cui dicatur,quibus uerbis dicatur,quo tempore,qua occaſione,quid præcedat,quid conſequatur.Siquidē alius ſermo decet Ioannem Baptiſtam,alius CHRISTVM. Aliud præcipitur rudi populo,aliud Apoſtolis.Rurſus aliud præcipitur Apoſtolis adhuc rudibus, aliud formatis iam & inſtitutis.Aliter reſpondetur inſidioſe interrogantibus, aliter ſimplici animo ſciſcitantibus.Deniq; ſeries ipſa narrationis altius repetita,ſententiam aperit,aliàs obſcurā. Sæpenumero locorum collatio nodum explicat difficultatis, dum quod alibi dictū eſt tectius, alibi dilucidius refertur. Et quoniā totus fermè CHRISTI ſermo figuris ac ſtrophis obliquus eſt,diligenter odorabitur theologiæ candidatus,quam ſuſtineat perſonam is qui loquitur,capitis an membrorum, paſtoris an gregis.Siquidem CHRISTVS cum,in cruce patrem inclamans,ait:Deus meus,deus meus,quur deſeruiſti me? longe à ſalute mea uerba delictorum meorum:non capitis,ſed membrorum ſuorum uoce loquitur,autore diuo Auguſtino. Item dum mœret,dum angitur,dum poculum deprecatur:uidetur memborum affectum in ſe tranſtuliſſe.Rurſus dum imminētibus ſatellitibus ait: Si me quæritis, ſinite hos abire:paſtoris & epiſcopi perſonam agit,Apoſtoli gregis. Nam paſtoris officium eſt, ſi quando ingruat perſecutionis procella, pro gregis incolumitate ſuum caput obijcere periculis.Porrò diſcipuli,dum metu territi diffugiunt, Petrus dum abiurat dominum,dum percutit gladio:gregis adhuc infirmi,& in ſpem meliorum confouendi,perſonam ſuſtinet. At dum flagellis cōcinnatis negociatorum turbam proſtigat è templo:ſummi Paſtoris agit partes. Nonnunq; ex alieno loquitur affectu,ueluti cum Cananæa,improbius interpellanti,reſpondet: Non eſt bonum,ſumere panem filiorum,& obijcere canibus: Iudæorum uoce loquitur,qui ſe ſolos hominū ſanctos eſſe ducebant:Cananæos,Samaritanos,ac reliquas prophanas nationes pro impuris & canibus habebant:cum apud CHRISTVM non fuerit ullum gentis diſcrimen,niſi pro temporis diſpenſatione.Nouerat,eius mulieris animum,Iudæorum fidei præferendum eſſe: uerum id uoluit infigere ſuæ gentis animis,regni cœlorum fore participes,qui quacunq; origine per fidem in hoc irrupiſſent.Rurſum cum ſuos interrogat:Vos quem me eſſe dicitis? capitis perſonā agit.Petrus totius populi Chriſtiani uoce & uice reſpondet:Tu es CHRISTVS filius dei uiui. Nullus enim eſt in corpore CHRISTI, à quo non exigatur iſta confeſſio: Tu es CHRISTVS filius dei uiui. Conſimiliter quod Petro dicitur: Tu es

Perſona loquentis.

Membrorū.

Paſtoris.

Gregis infirmi.

Summi pontificis.

Iudæorum.

Capitis.

Corporis totius.

Petrus

Petrus,& ſuper hanc Petram ædificabo eccleſiam meam. Et tibi dabo claues regni cœlorum: ad uniuerſum populi Chriſtiani corpus pertinet. È diuerſo cũ Petro ter amorẽ profeſſo, dicit: Paſce agnos meos: CHRISTVS ſummi Paſtoris, hoc eſt, capitis uices ſuſtinet: Petrus cuiuſuis epiſcopi typum gerit, cui non committitur grex, pro quo mortuus eſt CHRISTVS, niſi uehementer amanti CHRISTVM, nec uſq; ſpectanti, niſi ad huius gloriam. Neq; uero dictum eſt, rege, aut, ſubige oues, ſed paſce. Neq; dictum eſt, oues tuas ſed, meas. Alieni gregis paſtor es, non dominus. uide ut oues bona fide annumeres, tibi creditas. Itidẽ Paulus in epiſtolæ ad Rhomanos cap. ſeptimo, cum multa queſtus de carne ſua, ſpiritui rebellante, tandem exclamat: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? nõ ſua uoce loquitur, ut opinor, ſed alterius cuiuſpiam adhuc imbecillis, & qui cupiditatibus ſuis etiamnum impar eſſet. Quãq; autem perſonarum obſeruata ratio plurimum habet momenti in ueteris inſtrumenti literis, uelut in Prophetis, in Pſalmis, in Cãtico canticorum, tamen frequenter & in nouo teſtamento locum habet, præſertim in Paulinis epiſtolis. Quædam autem ita proponuntur, ut ad omnes quidem pertineant, at non citra diſcrimen: quod genus eſt, quod cum Apoſtolis loquens dicit: Vos eſtis ſal terræ: uos eſtis lux mundi. ſic ad omnes CHRISTI religionem profitentes pertinet, ut præcipue tamen ad epiſcopos ac magiſtratus. Itẽ cum ait: Eſtote perfecti, ſicut & pater ueſter cœleſtis perfectus eſt: omnibus ſuis oſtendit, quò ſit enitendum, quanq; id maxime præſtãdum iis, qui præſunt eccleſiæ CHRISTI. Vt perſonarum igitur, ſic & temporum obſeruata uarietas, obſcuritatem diſcutit in arcanis literis. Neq; enim quicquid Iudæis uel imperatũ eſt, uel interdictum, uel permiſſum, ad Chriſtianorum uitam eſt accommodandum. Non quod in ueteris inſtrumenti libris quicq; ſit, quod ad nos nõ pertineat, ſed quod pleraq; pro tempore tradita ad typum & adumbrationem futurorum, pernitioſa ſint, niſi tractentur ad allegoriã: uelut circũciſio, ſabbata, delectus ciborũ uictimæ, odiũ inimici, bella, turba uxorum, aliaq; his conſimilia, quæ tanq; umbræ ad coruſcantẽ Euangelij lucem prorſus euanuerunt. Verum quis in hiſce uel ſimpliciter ad noſtros mores accõmodandis, uel per allegoriam explicandis, habẽdus ſit delectus: quoniã Auguſtinus ſatis copioſe diſſerit in libris De doctrina Chriſtiana, non eſt conſilium hic perſequi. Primum igitur tempus eſto, ſi uidetur, quod CHRISTI præceſſit ætatẽ. Proximum, cum nondum quidem exorta, ſed tamen aduentante iam, & imminẽte Euangelij luce, ſuperioris legis tenebræ rareſcerent: ueluti cum nõdum exorto ſole, ſed ad exortum properãte, cœlum ſenſim albeſcit. Tum ſatis adhuc erat, Ioannis baptiſmo tingi, ad ſuperioris uitæ pœnitentiam inuitari. Satis erat admonitos eſſe publicanos, ne quid exigerent, præter id quod illis conſtitutum eſſet. Satis erat, admonitos eſſe milites, ne cui uim facerent, ne quẽ deprædarentur, ſed contenti eſſent ſuis ſtipendijs. Nõ, quod iſta bonos facerent, aut Chriſtianos, ſed quod minus malos redderent, ac mox ſucceſſuræ CHRISTI prædicationi præpararent. Neq; enim uſq; Ioannes docuit, non eſſe iurandum, non eſſe repudiandam uxorem, tollendam crucem, benemerendum de inimico. Iſta quæ proprie Chriſtianos facerent,

Epiſcopi.

Peccatoris.

Gradus.

Temporum ratio.

Tempus primum.

Secundum.

CHRISTO seruabantur. Fortassis ad hoc tempus pertinet, prima discipulorum prædicatio, cum iubentur exemplo Ioannis, ad pœnitentiam prouocare, regni cœlorum uicinitam denunciare, de CHRISTO silere. Et haud scio, an baptismus, quo tum baptizabant, huiusmodi fuerit. Nam tum quoq; baptizabant Apostoli, cum CHRISTVS ipse, teste Ioāne, neminem baptizaret. Nec omnino proditum est ca/

Tempus tertium. nonicis literis, quēq; à CHRISTO baptizatum fuisse. Tertium esto, si libet, CHRISTO iam late miraculis ac doctrina clarescente terrarū orbi, cum sic Euangelica doctrina proferretur, ut tamen legis obseruatio nō interdiceretur: quod tempus complectitur, & post datum spiritum sanctū, rudis adhuc & nascentis ecclesiæ primordia. Videntur autem ad hoc quædam peculiariter attinere: uelut omnes illæ parabolæ, de colonis uineæ, qui domini filium occiderant: de nuptijs & excusantibus inuitatis: item quæ de supplicijs prædicatorū CHRISTVS prædixit: ac fortassis quæ præcipit de tollenda cruce: de excutiendo pedum puluere: de nemine salutando in uia: de fugiendo à ciuitate in ciuitatem: de relinquendo patre ac matre & uxore: de beatitudine castrantium se propter regnum dei: de uendēdis possessionibus, ac renunciando omnibus affectibus: de subinde mutādo loco: postremo quæ de signis dicta sunt, eos qui crederent secuturis: alioqui Christiani nō essemus hodie, quos hæc signa constat non esse secuta: licet ex superioribus illud ad nos pertinet, quod ubicunq; inciderit necessitas, hoc animo iubeamur habere, quicquid habemus charum, ut parati simus ob CHRISTI gloriam relinquere. Ad idem tempus pertinet & illud, quod in Actis apostolorum per Iacobum ac Petrum decernitur: ut qui ex gentibus ad CHRISTVM sese contulissent, abstinerēt à suffocato, à sanguine: quorum neutrum apud nos habetur nepharium: siquidē datum est hoc inuincibili Iudæorum pertinaciæ, quibus conuenire nō poterat cum incircuncisis, si nihil habuissent omnino Iudaismi. Paulus præcipit, ut episcopi suas uxores ac liberos bene gubernent: nunc & hypodiaconis ius habendi uxores, interdicitur. Paulus uult, uxorē fidelem manere cum infideli marito, Augustinus diuersum sentit, & hodie secus iudicat ecclesia. Paulus non uult, seruum Christianū ab hero Ethnico discedere, secus hodie decretum est. Sunt id genus alia permulta, quæ pro temporum illorum usu instituta, post obliterata sunt, aut mutata: ueluti de ceremonijs sacramentorum pleraq;. Complura tum nō obseruata, quæ nunc iubemur obseruare: quod genus sunt dies festi: & fortassis hæc, qua nunc salubriter utimur, secreta admissorum cōfessio.

Tempus quartum. Nam per uniuersum terrarum orbem propagata iam & constabilita CHRISTI religione, quam imperatores armis suis non persequebantur, ut solebant, sed tuebātur: nec depredabantur opes ecclesiæ, sed accumulabant (sit em̄ hoc, si uidetur quartum tempus) pro mutato rerum statu, nouæ leges sunt inductæ, quorum aliquot uiderentur cum CHRISTI decretis pugnare, nisi distinctione temporum scripturas in concordiā redigamus. Iam quintum tempus facere licebit, ecclesiæ prolabentis ac degenerantis à pristino uigore Christiani spiritus. Ad quod opinor pertinere, quæ dicit dominus in Euangelio: quod abundante iniquitate, refrigescet charitas multorum: ad hæc futuros, qui dicerent: Ecce hic est CHRISTVS, ecce illic.

Quintum.

Sed

Sed ne tanta temporum,perſonarum ac rerum uarietas inuoluat lectorem,non abs re fuerit,uniuerſum CHRISTI populũ in tres circulos diuidere, quorũ omniũ tum unicum ſit centrum,CHRISTVS IESVS, ad cuius ſimpliciſſimam puritatem, pro ſua cuiq; uiríli,enitendum eſt omnibus.Neq; enim oportet ſcopum ſuo moue re loco,quin potius omnes mortalium actiones ad ſcopum dirigendæ. Primũ autem circulum teneant, qui quoniam uelut in uices CHRISTI ſucceſſerunt, CHRISTO proximi ſunt,illi ſemper adhærentes ac ſequentes agnũ,quocunq; ierit:quales ſunt Sacerdotes,Abbates,Epiſcopi,Cardinales,ac ſummi Pontifices: hos oportet quàm maxime puros eſſe à rerum mundanarum contagio:cuiuſmodi ſunt, uoluptatum amor,pecuniæ ſtudium,ambitio,uitæ auiditas. Horum eſt, CHRISTI puritatem ac lucem è proximo hauſtam, in ſecundum circulum tranſfundere, qui príncipes habet prophanos,quorum tamẽ arma legesq; ſuo quodã modo CHRISTO ſeruiunt:ſiue dum neceſſarijs ac iuſtis bellis proſligant hoſtem, publicaq; tuentur tranquillitatem:ſiue dum legitimis ſupplicijs cohercent facinoroſos. Tertium circulum promiſcuo uulgo dare licebit,ceu craſſiſſimæ huius orbis,quem fingimus, parti: ſed ita craſſiſſimæ, ut nihilo ſecius ad CHRISTI corpus pertineat. Quanquam in ſingulis circulis ordinem aliquẽ imaginari licet. Etenim cum ſacerdotes ſacrificijs litant deo:cum pabulo ſermonis Euãgelici paſcunt populum: cum puris precibus cum deo colloquuntur:cúmq; pro ſalute gregis interpellant,nimirũ in puriſſima circuli ſui parte uerſantur.Cæterum dum principum affectibus obſecundant,ne prouocati,grauiores excitent tragœdias:dum infirmorum imbecillitati multa concedunt inuiti,ne ad deteriora prolabãtur:in extrema circuli ſui uerſantur ora,ad quam tamen non aliter ſeſe demittunt,niſi ut alios ad ſe rapiant:non ut ipſi fiant deteriores.Inter elemẽta,quibus infimus hic mundus conſtat, ſuus cuiq; locus eſt. Sed ignis, qui proximum orbi lunari locum obtinet, cum in ſumma ſui parte puriſſimus ſit ac liquidiſſimus,cœliq; naturæ ſimillimus, in aëris confinio ſe ipſo craſſior eſt.Aër itẽ in ſummo ſui circuli margine ſimillimus igni: in infima parte,qua confinis eſt aquæ,craſſeſcit.Fortaſſis idem de aqua terráq; dici poteſt:& tamen ignis paulatim omnia rapit ad ſe: &,quoad licet, in ſuam tranſformat naturam:terram ſpiritibus attenuatam,uertit in aquam:aquam eliquatam uertit in aërem:aërem extenuatum in ſe tranſformat.confinia ſeruiunt tranſformationi, non in deterius,ſed in melius.ſic & CHRISTVS ad diſcipulorũ imbecillitatem ſeſe frequenter accommodabat.Sic Paulus multa indulgebat Corinthijs:diſtinguens interim,quæ domini nomine proponeret perfectis, & quæ ſuo nomine condonaret infirmis:hac ſpe tamen,ut proficerent. Proinde cum ſummi Pontifices condonationibus & indulgentijs,ut uocant,ſegnes,aut fortaſſe deſperationi proximos, erigunt ac fouent,donec ad meliora proficiant,non uerſantur in ſumma circuli ſui parte.Idem dum legibus cauent, de decimis prædialibus ac perſonalibus extorquendis:de uſu pallij redimendo:de annatis exigendis: de patrimonio Petri,ut uocant, armis uindicando:de ſubigendis bello Turcis: déque alijs innumeris,ut donemus eos tractare rem ad communem uitam neceſſariam,aut certe utilem:nemo tamen

Circuli tres.

Primus circulus.

Secundus circulus.

Tertius circulus.

Gradus in ſingulis circulis.

Ordo in elementis.

Simile.

Functio nõ ſumma.

Leges Pontificiæ. dixerit,eos uersari,in eo quod proprium est philosophiæ cœlestis. Atq; haud scio an summi Pontifices,etiam si maxime uelint,possint ita moderari leges suas,quas ad cõmunem hominum uitã ædunt,ut per omnia CHRISTI decretis respondeãt. CHRISTVS ut purissimus ille fons omnis lucis & innocentiæ,præcepit ea,quæ cœlum sapiant. Pontifices homines & hominibus infirmis, atq; adeo uarie infirmis, pro tempore præscribunt,quod uidetur expedire. Proinde fieri nõ potest, quin in horum quoq; placitis insint quædam,quæ sapiant humanos affectus,& in quibus innocẽtiam CHRISTI desyderes. Porrò quemadmodum ignis infima pars liquidior est aëris summa parte:ita par est,ut quod in Pontificum cõstitutionibus crassissimum est,propius tamen accedat ad CHRISTI simplicitatem, q̃ quod in Cæsarum,aut magistratuum legibus est maxime diuinum. Nam hi quoniam in hisce rebus uersantur,quæ cum infima fece,quæq; cum sordidis mundi negocijs coniunctæ sunt,argumento suo respondeant,oportet. Neque enim horum legibus fit,ut boni simus,sed ut minus mali. Proinde si quid geritur aut cõstituitur ab his, quod nonnihil degenerat à CHRISTI decretis,etiam atq; etiam caue,ne Christianæ philosophiæ purissimũ fontem, cum horum qualibuscunq; lacunis commisceas. Debent humanæ leges ab hoc archetypo peti:ab eodem lumine,legum humanarum scintillæ sumuntur. Sed aliter relucet æternæ ueritatis fulgor in leui terso q; speculo, aliter in ferro,aliter in lympidissimo fonte,aliter in lacuna turbida. Hæc ideo dicta sunt,ne cœlestem CHRISTI philosophiam, hominum uel legibus, uel disciplinis uitiemus. Maneat intactus ille scopus:sit illibatus unicus ille fons:seruetur illa uere sacra ancora doctrinæ Euangelicæ:ad quam in tanta rerum humanarum caligine confugere liceat. Neque protinus reijce,quod ab istis præscribitur, sed circunspice, quis præcipiat,quibus præcipiat,quo tempore,qua occasione præcipiatur. Spiritualis omnia dijudicat,inquit Paulus, ipse à nemine dijudicandus. Quod si ad leges humanas CHRISTI dogmata detorqueantur,quæso te,quæ spes iam reliqua est? multo minus etiam, si ad cupiditates hominum deflectatur diuina philosophia, & iuxta Græcorum prouerbium,Lesbia nobis fiat regula.

Leges Cæsareæ.

Concẽtus doctrinæ & uitæ Christi. Super hæc,non mediocrem adferet utilitatem,si diligẽter euoluentes libros utriusq; testamẽti,attente consyderemus mirabilem illum orbem,& consensum totius CHRISTI fabulæ,ut ita loquar,quã nostra causa peregit, factus homo. Sic enim futurum est,ut non solum rectius intelligamus,quod legimus,uerumetiam ut certiore cum fide legamus. Nullum est enim sic arte compositũ mendacium,ut undiq; sibi constet. Ex ueteris testamenti uoluminibus confer typos & Prophetarum oracula:quorum illi CHRISTVM deliniant atq; adumbrant: hæc eundẽ aduentantẽ, uelut oculis fidei demonstrãt. Succedit his angelorum testimonium, Gabrielis uirgini cœlestes nuptias renunciantis: rursum in natiuitate chori angelici concinentis, gloria in excelsis deo:mox accedit pastorum,deinde Magorum testimonium:præterea Symeonis & Annæ:deinde præludit Ioannis Baptistæ prædicatio, digito iã indicantis præsentem,quem Prophetæ uenturum prædixerant. Ac ne nesciremus, quid nobis esset ab eo sperãdum,addit:Ecce qui tollit peccatum mundi. Hic unus est agnus

Prophetiæ ac typi.

Angeli.

Pastores. Magi. Baptista.

eſt agnus,omnis maculæ neſcius:nec agnus eſt ſolum,uerumetiã agnos facit. Non promittit ſuis regnum aut opulentiam:innocentiam promittit, ſi modo reſipiſcãt: Nihil autem uerorum bonorum abfuturum eſt,ſi adſit innocẽtia. Poſt hæc omnẽ uitæ ſeriem obſerua,quomodo adoleuerit, uſque proficiens in melius & apud deũ & apud homines. Apud deum laus eſt bonæ conſcientiæ:apud homines decus eſt honeſtæ famæ,quæ non affectata, felicius conſequitur ueram uirtutem. Duodecim natus annos, in templo docens uiciſſim & audiens, primum ſui ſpecimen dedit. Rurſum in nuptijs primo miraculo priuatim ædito,paucis innotuit. Nam non niſi baptizatus, & columbæ ſigno, patriſque uoce commendatus, poſtremo non niſi quadragenario ieiunio,& Satanæ tentatione ſpectatus & exploratus, prædicandi munus aggreſſus eſt. Excute natiuitatem,educationem,prædicationem,mortem, nihil aliud reperies, quàm paupertatis,& humilitatis, imò innocentiæ totius exemplar. Totus doctrinæ circulus ut ſecum conſentit, ita cum ipſius uita conſentit,etiam ipſius naturæ iudicio conſentanea. Præcepit innocentiam:ipſe ſic uixit, ut nec ſubornati teſtes, cum id uarijs modis conarentur,reperirent, quod probabiliter calumniarentur. Docuit manſuetudinem, ipſe tanquam ouis ad mactationem ductus eſt. Docuit paupertatẽ,ipſe nihil unq̃ poſſediſſe legitur. Deterruit ab ambitione & faſtu,ipſe diſcipulis ſuis lauit pedes:docuit hanc eſſe uiam ad ueram gloriam & immortalitatem. Ipſe per crucis ignominiam aſſecutus eſt nomen, quod excellit omne nomen: & dum nullum regnum ambit in terris, meruit cœli pariter ac terræ principatum. Vbi reſurrexit,non alia docuit,q̃ ante docuerat. Docuerat, pijs nõ eſſe metuendam mortem,& ob id exhibuit ſeſe rediuiuum. Suis ijſdem uidentibus,aſcendit in cœlum,ut ſciremus,quò nobis eſſet enitendum,quóq; referẽda omnia. Poſtremo loco delapſus eſt ſpiritus ille cœleſtis,qui tales afflatu ſuo reddidit Apoſtolos,quales CHRISTVS eſſe uoluit. Reperies fortaſſis in Platonis aut Senecæ libris,quæ non abhorreant à decretis CHRISTI: reperies in uita Socratis, quæ utcunq; cum CHRISTI uita conſentiant:at circulum hunc,& omnium rerum inter ſe congruẽtium harmoniam in ſolo CHRISTO reperies. Multa ſunt in Prophetis & dicta diuinitus,& geſta pie:multa in Moſe, cæteriſq; uiris uitæ ſanctimonia claris:orbem hunc in nullo reperies homine. qui quidẽ orbis à Prophetis exorſus,per Apoſtolorũ uitam ac doctrinam,in ſeſe coit. Hi,quicquid CHRITVS docuit,expreſſerunt:quicquid promiſit,præſtiterunt:eundem hauſerant ſpiritum:eadem ſonant ac docent,quæ CHRISTVS. Hactenus adoranda ſunt omnia:cætera cum delectu iudicióq; legenda, aut etiam imitanda. Quanquam & Apoſtoli ſic CHRISTVM referunt,ut tamen ad illius maieſtatem non aſſurgant.

Christus puer.

Christus adoleſcens.

Doctrina. Vita. Natura.

Mors.

Reſurrectio.

Aſcenſio.

Neq; uero confundit hanc harmoniam, CHRISTI uarietas:imò ſicut è diuerſis uocibus apte cõpoſitis, concentus ſuauiſſimus redditur,ita CHRISTI uarietas pleniorem efficit concentum. Sic omnia factus eſt omnibus,ut nuſq; tamẽ ſui diſſimilis eſſet. Nunc diuinæ naturæ profert indicia,cum uentis imperat ac mari,cũ peccata remittit,cum in monte nouam ſpeciem,& humana præſtantiorem,exhibet ſuis. Nunc diuinitatem diſſimulans,hominem agit,cũ eſurit,cũ ſitit,cũ fatigatur labore,

Varietas Chriſti.

Chriſtus deus & homo.

cum esuriẽs ad ficum accurrit, cum mœret, cum affligitur, cum occiditur. Quosdam ultro ad se uocat, alios à retibus, Matthæũ è telonio. Quosdã sequi uolentes, reijcit: cuius exemplũ habes apud Matthæum cap. octauo, de scriba, dicente: Magister, se quar te quocunq; ieris. cui respondit IESVS: Vulpes foueas habent, & uolucres cœli nidos, at filius hominis nõ habet, ubi caput suũ reclinet. Rursus ibidem, alteri posscenti ueniã abeundi: Sequere, inquit, me: & sine, mortui sepeliant mortuos suos. huic timuit, ne relaberetur: illũ sciebat inutilem negocio minime delicato. Zacchæi delectatus ardore, ultro sese ad illius ædes inuitat: quẽadmodũ legis Lucæ cap. decimonono. Herodem ubiq; contemnit, ut impiũ Iudæũ, & ob id Ethnicis deteriorẽ: eũ uulpem uocat Lucæ decimotertio, Ite & dicite uulpi illi: ad quem adductus, nec alloquio dignatur. Nonnunq; ultro, ueluti captata occasione, miraculũ ædit, sicuti de ficu, quæ ad execrationẽ illius exaruit: de turba satiata paucis panibus: de Lazaro: aliâs ceu grauatim & coactus facit: quod genus est, cum apud Ioãnem Euangelistam, in nuptijs matri de uini defectu submonenti, respondet: Quid mihi tecũ est mulier? nõdum uenit hora mea. rursus cũ apud Matthæũ cap. decimoseptimo rogatus sanare lunaticũ, cui discipuli nõ potuerãt opitulari, cõmotus exclamat: O generatio incredula & peruersa, quousq; ero uobiscum? quousq; patiar uos? afferte huc illum ad me. Cananæam grauatim, nec nisi interpellatus, audit, nec statim obsequitur. Ex aduerso, leproso se facilem præbet: Volo, inquiens, mundus esto. Rursum pharisæis, signũ ab ipso poscẽtibus, planè negat: Generatio, inquiens, mala & adultera signũ quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Cõsimiliter cap. decimosexto, Pharisæis ac Sadducæis tentantibus IESVM, ut è cœlo signũ aliquod æderet, respondit: Faciem cœli dijudicare nostis, signa autẽ temporũ non potestis? Alicubi sileri iubet miraculũ æditum, uelut apud Matthæũ cap. nono, cæcis sanatis interminatus, edicit: Videte, ne quis sciat: haud ignarus futurum, ut tanto magis diuulgarent. Ad cõsimilem modũ apud eundem Euangelistã cap. duodecimo, curatis multis, præcepit, ne se facerent manifestũ uulgo. At Marci cap. quinto, dæmoniacũ sanatum non admittit in suũ consortiũ, neq; tamẽ silere iubet, sed apud suos prædicare, non IESVM CHRISTVM, sed, quid sibi beneficio dei cõtigisset. À suis confessionem exigit: Vos autem, inquiens, quem me esse dicitis? Dæmoni palàm cõfitenti, ipsum esse CHRISTVM, silentiũ indicit. Rursus aliâs exigit gratiam ab ijs, qui beneficium acceptũ cœlant: uelut à muliere, quæ à contactu pallij desierat profluere sanguine: Quis me tetigit, inquiens: neq; destitit donec illa coram omnibus beneficium agnosceret. Similiter nouem leprosis ingratitudinẽ exprobat: qui cum essent Iudæi, non redierint tamen, daturi gloriam deo.

Est & alia quædam in miraculis ædendis uarietas. Alios sine negocio sanat, ut cum uerbo puellam excitat: Puella, tibi dico surge. Cæco lutum sputo maceratum illeuit oculis: nec hoc contentus, præcepit, ut sese abluat in piscina Siloë, atque ita demum sensit restitutæ sanitatis beneficium. Neque decem illi leprosi protinus mundati sunt, sed iussi adire sacerdotes, inter eundum lepra liberati sunt. Porrò Lazarum excitaturus, fundit etiam lachrymas, infremit spiritu, iubet sibi

cõmonstrari

commonſtrari ſepulchrum, tolli ſaxum, atque ita defunctum ualido clamore euocat. Nonnunquam iraſcitur ac minatur morbo. In huiuſmodi uarietatibus conueniet philoſophari, & pia curioſitate, diuini conſilij ſcrutari myſterium. Eſt item uarius in reſponſis: captioſe ſciſcitantibus, oblique reſpondet, & cautim: ueluti phariſæis, de repudianda uxore ſciſcitantibus, de cenſu Cæſari reddendo, de magno præcepto: ex oſtenſo nomiſmate capit occaſionem admonendi, quid illi non facerent, cum id in primis ad rem pertineat: in diuortijs retundit illorum licentiam, non ex iure conceſſam, ſed inuincibili malitiæ datam. De præcepto item declarat eos non facere, quod ſcirent in primis eſſe faciendum: Phariſæis legis ſcientiam tribuens, pietatem adimens: Sadducæos ob ſtolidam interrogationem ſtultitiæ damnat, qui non intelligerent, quod legerent. Eſt ubi nihil reſpondeat, ſed quæſtionem quæſtione, ceu clauum clauo retundit: ueluti cum interrogatus, qua nam autoritate faceret ea, quæ faciebat: uiciſſim rogat, Baptiſmum Ioannis, utrum è cœlo cenſerent eſſe, an ex hominibus. Aliâs reſpondet quidem, ſed interrogationem interrogatione proſequitur. ueluti cum apud Matthæum cap. uigeſimo ſecũdo, rogat Phariſæos, CHRISTVS cuius filius eſt? cumq; reſpõdiſſent, Dauid: quomodo, inquit, Dauid in ſpiritu loquens, uocat eum dominum ſuum, cum ſit ipſius filius? Apud Marcum capite uigeſimo ſexto, nihil reſpondet teſtibus: conſimiliter cap. uigeſimo ſeptimo, apud Herodem prorſus obticet: apud Pilatum perpauca reſpondet, nec ad omnia tamen: apud Caipham tacet: uinctus, cæſus, irriſus, nihil reſponſat. alapa cæſus, reſpondet: ad conuicia Iudæorum in cruce mutus eſt: at idem non ſuſtinet deplorari à ſequentibus mulierculis. Nõnunq; ceu tædio affectus, fugitat turbam: rurſus aliâs miſericordia motus, ultro petit turbas, ac premi ſe patitur: aliquando ſemet abdit in altiſſimum ſeceſſum, ut oret: aliquando ſponte ſeſe in confertiſſimam templi frequentiam ingerit: aliquando furtim elabitur è manibus inſidiantium, uelut in montem ductus, ut præcipitaretur: atq; iterum lapidandus à turba, clanculum euaneſcit. Quædam mandat apoſtolis, ut prædicẽt: quædam credit ad tempus ſilenda, ueluti uiſionẽ exhibitam in monte Thabor, & arcanum cũ Moſe colloquium de morte ſua: rurſus aliter loquitur diſcipulis, aliter promiſcuæ multitudini: poſtremo à reſurrectione, nunc hac nunc illa ſpecie ſemet exhibet ſuis. Adeo cum noſtro CHRISTO nihil ſit ſimplicius, tamen arcano quodam conſilio Proteum quẽdam repræſentat uarietate uitæ ac doctrinæ. Ea fortaſſis nouo theologiæ tyroni futura eſt admirationi, uerum attento & exercitato nõ erit difficile ſingulorum cauſas inueſtigare. Sed magis his offendunt, quæ prima ſpecie pugnare etiam inter ſe uidentur: quod genus ſunt illa, quod in Euangelio Ioannis, negat Ioannem Baptiſtam eſſe lucem, cum de eodem poſtea teſtetur: Erat lucerna ardens & lucens: cumq; dicat Apoſtolis adhuc rudibus: Vos eſtis lux mundi: item cum ait, Mea doctrina non eſt mea: ſi quis uerborum ſummam modo cutem attendat, uidentur ſibi non conſtare. Rurſus apud Ioannem cap. ſexto, cum ait: Qui edit meam carnem, & bibit meũ ſanguinem, habet uitam æternam: contra paulo poſt: Spiritus eſt, qui uiuificat, caro nõ prodeſt quicq; : nonne pugnãtia loqui uidetur?

Simillimū est huic,quod proximo cap.cum dixisset:Et me scitis, & unde sim, scitis: mox subiicit,uelut à seipso dissentiens:Verus est, qui misit me, quem uos nescitis. Alicubi negat se iudicare quenq̄,alibi testatur,dicens:Pater omne iudicium dedit filio.Discipulos suos uetat irasci,cum ipse legatur,ira commotus fuisse. Quin & in narrationibus quibusdam manifesta in speciem uarietas,impiorum calumniæ patuit: quod genus est, quod Matthæus unum cæcum sanatum prodit, cum Lucas testetur duos sanatos. Item cum aliquoties nomen pro nomine positum uidetur, cum aliter narrare uidetur in Actis Stephanus, q̄ in Geneseos habeatur historia. Huiusmodi scrupi siquando inciderint, non oportebit offendi, aut de fide scripti dubitare,sed pensitatis omnibus circumstantiis, explicandæ difficultatis rationem quærere:qua quidem in re sudatum est à maioribus nostris,quorum industria iuuabimur,si minus à nobis reperietur, quod animo faciat satis.

Argumenta utriusq̄ naturæ in Christo.

Iam & illud obseruandum erit, quibus argumētis CHRISTVS utranq̄ naturā dei & hominis declararit. Siquidem à puro homine quis speraret ueram salutem? Rursum,purum deum quis crederet pati quicq̄? Voluit autē, ut illum redamaremus,ut uerum hominē,uere pro nobis afflictum:neq; dubitaremus,quin præstaturus sit,quicquid promiserat,cum sit uere deus,Quid quod ne exēplum quidē sat efficax futurū erat,si quod in CHRISTO gestum est, non ueris affectibus gestum sit,sed ficta modo fabula quædā obiecta sit oculis? Humanæ naturæ indicia sunt, quod cōcipit in utero fœminæ:diuinæ,quod è spiritusancto.humanæ,quod statis tēporibus è grauida nascitur.diuinæ,quod citra uirilem operā.Hominē uerum arguunt,quod sese subinde uocat filium Adæ,quod adolescit solitis ætatū auctibus, quod dormit,quod uescitur,quod esurit,quod sitit, quod ex itinere lassescit, quod humanis affectibus tangit. Sæpenumero legitur misertus turbæ, ueluti Matthæi cap.uigesimo:apud Marcū cap.tertio,irascitur & indolescit:apud eundē cap.octauo,ingemiscit spiritu:rursum Ioannis cap.duodecimo,multo ante passionē turbat animo,in hortulo usq; ad sanguineū sudorē angitur animo:in cruce sitit, quod ex more solet in eo supplicij genere accidere:flet, conspecta ciuitate Hierosolyma:flet & apud Lazari monumentum, & turbatur animo. È diuerso tot æditis miraculis, diuina natura prodebatur:nam factis q̄ uerbis hanc maluit declarari. Quanq̄ & uerbis testatur se filium dei,è cœlo missum,& in cœlo fuisse, & esse, cum uersaretur in terris, cumq̄ patrem deum subinde inculcat. quod & à Iudæis intellectum est, cum aiunt:Tu homo cum sis, facis teipsum deum: denique cum resurgit à morte, dum fertur in cœlum,dum mittit paracletum,subito nouantē Apostolos.Sed hoc ut paucis admoneri potest,ita nimis prolixum fuerit,singulatim explanare.

Quare meritò reiecti Iudæi.

Ad diuini consilij perpensionē & illud pertinere uidetur, annotare quot modis testatum esse uoluit,Iudæos,quibus olim promissus & expectatus fuerat Messias, suapte culpa fuisse reiectos ob incredulitatem, gentes ob fidei simplicitatem in horum locum receptas. Nouerat suæ gentis duritiem CHRISTVS, quæ hoc longius aberat à uera iusticia, quod falsa iusticiæ persuasione tumeret: nouerat esse genus calumniosissimum.Proinde nihil non ab eo factum est,ne quam ansam haberent

expostulandi

expoſtulandi cum deo, quod præter meritū promiſſis eſſent fruſtrati. Prædictum erat à Prophetis fore, ut gentes fide ad Euangelij gratiam irrumperēt, Iudæi uitio ſuo à promiſſis excideret. Apud ipſos naſci uoluit, quibus erat promiſſus: decantatus eſt ab angelis, prædicatus à paſtoribus, indicatus à Magis, agnitus à Symeone & Anna, demonſtratus ab Ioanne Baptiſta, patris oraculo cōmendatus, tot miraculis inclaruit, tot beneficijs illos prouocauit, tam ſalubria docuit, & tamē his rebus nihil profectum eſt. Inuidia, ſuperbia, & auaritia excæcati, Prophetas occiderant, Ioanni non credebant, miracula calumniabantur Beelzebub præſidio fieri, CHRISTVM ipſum perſequebantē: & tamen interim inani legis titulo, & templo per orbem uenerabili, ſuperbiebant, dicentes: Templum domini, templum domini, templum domini. Magi primū omniū adorant: Herodes Iudæus puerū perſequitur. Hoc conſilio CHRISTVS prohibuit ſuis, primū ad Euangelij munus emandatis, nē ſubirent urbes Samaritanorū, ne quid hinc cauillarentur Iudæi, uelut à CHRISTO neglecti. Telonem uocat, & relictis omnibus ſequitur: Phariſæi tot modis prouocati, moliuntur in diuerſum. Ingerit eis exemplum fidei ab ijs, quos illi pro ſceleratis habebant, & abominandis: exhibet Cananæam, uix auditam, mox etiā cum conuicio repulſam, inuicta fide peruincentem, & CHRISTVM ad beneficium præſtandum, ueluti cogentem. Quem enim non expugnaret illa mulieris uox? Etiam domine: nam & catelli edunt de micis, quæ cadunt de menſis dominorum ſuorum. Audis ſuperbe Iudæe, Cananææ fœminæ plenam fiduciæ modeſtiam? Illa ſic reiecta, tamē inſtat & urget: tu nullis officijs potes pellici. Proinde illa audit: O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut uis. Quid audiunt Iudæi? Relinquetur uobis domus ueſtra deſerta. Et apud Matthæum cap. uigeſimoprimo, palam exprobrat illis, quod publicani & meretrices, ob ardorem fidei præcederēt illos in regnum dei. Ingeritur centurionis exēplum, Matthæi cap. octauo, in tantū fidentis CHRISTO, ut putarit ad rem nō pertinere, uiſere domū ſuam, cum poſſet uerbo nutuq; cōferre ſanitatē. Quid hic ſentis infelix Iudæe? Centurio ꝓphanus, & militiæ miniſter, qui Prophetas non legerat, ſic fidit CHRISTO: & tu ſine fine reclamas ſeruatori tuo, tot iam ſeculis expectato? Proinde meretur audire: Amen dico uobis, nō inueni tantā fidem in Iſrael: tibi uero quid dicit? Nempe quod legimus apud Lucā cap. undecimo: Regina Auſtri ſurget in iudicio aduerſus uiros generationis huius, & cōdemnabit illos, qđ illa ab extremis terræ finibus uenerit Hieroſolymam, ut audiret ſapiētiam Solomonis: tibi ultro exhibitus eſt, ad cuius ſapientiā nihil erat Solomon, & audire grauaris. Idem faciēt Niniuitæ, qui ad prædicationē Ionæ ſubmiſerint ſeſe: tu ſpernis eum, ad quem Ionas nō eſt cōferendus. Ingeritur exēplum Zacchæi, qui ardore uidendi CHRISTI, cōſcēderat arborē. Audis auare Iudæe, prophanū hominē de ſe teſtantē: Dimidium bonorū meorū do pauperibus: ut intelligeres, non generi, ſed uitæ fideiq; promiſſum regnum cœlorū. Audit itaq; te coram: Hodie ſalus contigit huic domui, eo quod & ipſa filia ſit Abrahæ: gens alioqui zelotypa, tot tamē exemplis nō prouocatur ad æmulandum, ne tam multis quidem parabolis flectitur. Apud Lucam cap. decimooctauo, ingerit tibi

publicanum

publicanū peccatorē,sed humilem,sed misericordiam implorantem,superbo iusto prælatū. Te tibi depingit cap.decimoseptimo,cum nouem leprosi Iudæi,beneficiū dissimulant, solus Samaritanus rediens, agit gratias. Idem designat parabola de uulnerato,quē Iudæis prætereuntibus,solus Samaritanus curandum susçipit. Nec aliud agitur apud Matthæum cap. uigesimoprimo, duabus parabolis, altera de duobus filijs:quorū alter pollicitus,se patris iussa facturum, nō fecerit:alter primū detrectans, sed mox resipiscens,fecerit, quod se facturū negarat. Altera de impijs colonis:qui prius seruis male mulctatis, postremo filium ipsum & hæredem occiderunt. Sic enim subijcit Euangelista:Et cum audissent principes sacerdotū & pharisæi parabolas eius,cognouerūt quod de ipsis diceret: & adeo non sunt tacti pœnitentia,cum sibi male conscij forent,ut sequatur:Et quærentes eum tenere,timuerunt turbas. Eôdem pertinet & inibi sequens parabola de inuitatis ad nuptias. Iudæi partim excusant, partim seruos inuitantis,contumelijs afficiunt. Iure igitur his præteritis,promiscua gentium turba implentur triclinia nuptialia.

Quid eī facias ijs,qui prouocati ad salutē,obstinate sæuiunt in amice consulentem? Nec aliò spectat parabola de cōductis mercenarijs ad operam præstandam in uinea. Murmurant enim Iudæi aduersus nos,qui serius uenerimus, & tamen in Euangelij gratia simus illis æquati. Arbitror & parabolam de filio prodigo horsum spectare:in qua filius,qui legis iusticiam obseruarat,indignat aduersus fratrē, post longas erroris ambages resipiscentē, & ob hæc à clemente patre cum gaudio receptum in familiam. Iudæus sua benefacta cōmemorat,Ethnico resipiscenti non exprobrant admissa uitæ prioris. Consimilis argumēti sunt,ut arbitror, parabolæ de drachma perdita & inuenta: de oue erratica, ad gregem reducta: de ficu post triennium adhuc sterili,in proximū annum succidenda, nisi stercoratione adhibita,desineret esse sterilis:de pueris in foro sedentibus,& alterne inter sese concinentibus: Tibijs cecinimus,& nō saltastis:lugubria cecinimus uobis,& nō plorastis. His tam uarijs rationibus seruator optimus,simul & Iudæorum pertinaciam exitio dignam,testatam esse uoluit,& Apostolorū animos, nōnihil adhuc Iudaismo infectos,instruebat,ne ab Ethnicis, in Euangelij consortium recipiendis, abhorrerent. Quando Petrus posteaq̄ audierat à CHRISTO:Ite in orbē uniuersum, & docete oēs gētes,baptizantes eos in nomine patris,& filij,& spiritussancti: post acceptū spiritū cœlestem,nō audet Cornelium admittere, nisi uisione admonitus. Proinde apud Ioannem cap.decimo, præmonet eos, dicens:Ego & alias oues habeo,quas oportet me adducere,& fiet unum ouile. Rursus apud Lucam:Regnū cœlorū uim patitur,& quiuis uim facit in illud. Vi irruperūt Ethnici,qui foris erant:ob diffidentiam excusi sunt Iudæi,qui intus erant. Hierosolyma uersa est in Sodomā: & ubi antea dicebat,nō populus,dicti sunt filij dei. Hæc quæ dicta sunt antehac,ita pertinent ad illa tēpora prisca, ut nihilo secius ad omne tempus queant accōmodari. Nulli ætati desunt sui pharisæi,nulli nō est periculum,si dei beneficijs abutatur.

Argumenta innocentiæ Christi.

Proximū uidetur his animaduertere, quot modis CHRISTVS suam innocentiam omnibus testatā esse uoluerit,ne quid esset,quo possit aliquis huius doctoris

autoritatem

autoritatem eleuare. Ex parentibus modicis, ſed probis tamen & inculpatis naſci uoluit: non, quod apud deum parentum cõmiſſa liberis imputent, ſed quod uulgo ſoleat atrocius obijci filijs, ſi quid deſignarint parentes, q̃ ipſis ſcelerum autoribus. Quin & uitricum probum habere uoluit, de quo legis apud Matthæum: Ioſeph autem, cum eſſet uir iuſtus. Angeli cœlitus teſtantur de puero. Magi muneribus numen agnoſcunt. Paſtores, quæ uiderant, prædicant. Symeon amplectitur tot ſeculis expectatum infantem. Atteſtatur Anna caſtiſſima uidua. Pater deus ſemel atq; iterum de cœlo clamat: HIC EST FILIVS MEVS DILECTVS, IPSVM AVDITE. Toties de eo teſtatus eſt Ioannes. Agnoſcunt & confitentur dei filium & dæmones, etiamſi grauatur ab his prædicari. Turba toties admiratur in eo diui/nam potentiam. Teſtantur & miniſtri apud Ioannem cap. ſeptimo, in hoc miſſi, ut illum cõprehenſum adducerent: Nunq̃ ſic locutus eſt homo, ut hic loquitur. Con/fitetur Martha: Tu es CHRISTVS filius dei, qui in hunc mundum uenturus erat. Confitetur Samaritana: Propheta es tu. Confitent Apoſtoli: Tu es CHRISTVS filius dei uiui. Nam quiſquis deum agnoſcit, liberat eum ab omni crimine. Teſtat & Pilatus: Purus ego ſum à ſanguine iuſti huius, uos uideritis. Teſtatur & huius uxor: Nihil tibi & iuſto iſti. Atteſtatur afflatus prophetico ſpiritu Caiphas: Expe/dit uobis, ut unus moriatur homo pro populo, & nõ tota gens pereat. Agnoſcunt huius innocẽtiam & inimici iudices, multorũ teſtimonio reiecto. Declarant & ipſi teſtes, ut mentirentur ſubornati: non habent quod obijciant, niſi de templo ſoluen/do, ac denuo erigendo: atque hoc ipſum ſecus obijciunt, q̃ ab eo dictum fuerat: & obijciunt, quod non intellexerant. Confitetur & infelix Iudas: Peccaui, tradens ſan/guinem innoxium. Confitetur ad crucem centurio: Vere filius dei erat iſte. Confi/tentur & ſcelerati phariſæi, qui crucifixo nihil habebant quod exprobrarent, niſi quod templum dei demoliturus fuiſſet, & in triduo excitaturus. Adeo fuit immu/nis ab omni crimine, ut nihil in illum probabiliter uel confingi poſſet.

Conſilium Chriſti in pertrahendo mundum in ſuas leges.

Sub hæc obſeruabit pie curioſus lector, quib9 modis, quóue cõſilio, CHRISTVS mundũ uniuerſum, in tot religiones diſſectum, in ſua decreta pertraxerit. Neq; eñ machinis bellicis ſubegit regna mundi, non philoſophorũ ſyllogiſmis, aut rheto/rum entymematis, non opibus. Nihil ex humanis præſidijs huic negocio uoluit admiſceri, quod totum cœlo deberi uoluit. Primũ, ad fidem faciendam adiuuabat, tot uaticiniorũ conſenſus, quibus aſtipulatur Ioannis teſtimoniũ: neq; eñ ſubito nouauit orbem. Difficillimum eſt, ex hominũ mentibus reuellere, quod à pueritia imbibimus, quod publico conſenſu traditum eſt à maioribus. Diu præluſit Ioan/nes baptiſmo pœnitentiæ: præluſerunt Apoſtoli, nondum Meſſiam annuncian/tes, ſed tantum inſtare regnum cœlorũ. Per homines tenues & idiotas rem aggre/ditur, ne quid hinc ſibi uindicaret mundus: quos ipſos diu rudes ac diffidentes to/lerat, ne uiderentur temere credidiſſe. Thomas pertinaciſſime diffidit, nec niſi con/trectatis clauorum & lanceæ ueſtigijs, dicit: Dominus meus, & deus meus. Quin aſcẽſurus in cœlum, omnibus exprobrat duritiem cordis, ac difficultatẽ in credendis his, quæ uiderant. Exorſus eſt à gẽte ſceleratiſſima Iudæorũ, & pertinaciter rebelli/

Cœpit

Cœpit non à Nazareth,ne autoritatem eleuaret patria:ſed à Capernaum,ciuitate luxu & opibus perdita. Nihil aperte reprehendit,quod eſſet cum autoritate publica receptum. Vix enim eſt quiſquàm,qui hoc æquo patiatur animo. Legis teſtimonium ubiq; comprobat,licet aliter interpretans. Accommodauit ſeſe his, quos ad ſeſe trahere ſtudebat. Vt homines ſeruaret,homo factus eſt:ut peccatores ſanaret, cum peccatoribus familiariter uerſatus eſt. Vt Iudæos alliceret, circumciſus eſt,purificatus eſt,obſeruauit ſabbata,baptizatus eſt,ieiunauit,uicit manſuetudine, uicit beneficentia,uicit ipſa ueritate,cuius uis omnibus incantamentis eſt efficacior:uincuntur hiſce rebus & malæ beſtiæ. Nihil aſſeuerat, quod non ſcripturæ teſtimonio confirmet. Quin & conuicio laceſſitus, aut rationibus agit, aut ſcripturis. Etenim apud Matthæum cap.duodecimo,cum atrociſſimo conuicio diceretur, ope Beelzebub exigere dæmonia:Omne,inquit,regnum diuiſum contra ſe,deſolabitur. Et in iudicio cæſus:Si male dixi,inquit,teſtimonium perhibe de malo: ſin bene, cur me cædis? Addidit miracula,ſed hæc ipſa nihil aliud erant,quàm beneficia. Nec ullum ædidit miraculum,cui non certam fidem adiunxerit. Turba teſte ferè geſſit omnia. Leproſos mittit ad ſacerdotes, non ut mundarentur, ſed ut magis conſtaret, eſſe uere mundatos. Cæcus uulgo notus ſanatur, accerſuntur parentes, reuocatur ipſe: nec aliud his omnibus rebus agitur,niſi ut fides aſtrueretur miraculo. Vbiq; declarat,quicquid patitur,præſcium ac uolentem ſeſe pati:& nobis pati,non ſibi. Nec illud mediocrem fidem illius doctrinæ conciliauit,quod ex omnibus ſuis benefactis nihil unquàm præmij captauit,nõ gloriam,nõ opes,non uoluptates,non regnum: ut in eum ulla corrupti officij ſuſpicio competere poſſet. Nec ante miſſum ſpiritum cœleſtem Euangelica tuba per orbem uniuerſum intonuit, ne quid ipſi uiuo quæri uideretur. Porrò nullum eſt efficacius teſtimoniũ inter mortales, quàm ſanguinis. Morte ſua & ſuorum, fidem aſſeruit ſuæ doctrinæ. Nam de concentu totius uitæ iam ante nõnihil attigimus. Cæterũ de genere doctrinæ,qd' ferè conſtat ſimilibus, quæ ex rebus uulgo notiſſimis ducunt, & ob id nõ ſolum efficax eſt,uerumetiã ad imperitæ quoq; multitudinis captũ accõmodũ, aliquanto poſt nõ nihil dicemus.

Chriſti præſidia. His fermè præſidijs CHRISTVS (& poſt hunc Apoſtoli) Iudaicæ gentis expugnauerunt peruicaciam: Græciæ philoſophia tumentis uicit ſupercilium: his tot Barbararum nationum armis inuictam feritatem ſubegit: his totius orbis tyrannos ac ſatrapas,fidei iugo ſubdidit,& in ſuas leges pertraxit:iuxta uaticiniũ Eſaiæ, quo manſuetiſſimus gentium expugnator CHRISTVS ita depingitur: Ecce puer meus,quem elegi:dilectus meus,in quo bene complacitũ eſt animæ meæ. Ponam ſpiritum meum ſuper eum,& iudicium gentibus nunciabit. Non contendet, neq; clamabit, neq; audiet aliquis in plateis uocem eius. Harundinem quaſſatam non confringet:& linum fumigans non extinguet,donec eijciat ad uictoriam iudicium, & in nomine eius gentes ſperabunt. Hic non audis arte contortos ſyllogiſmos,non audis minas ac fulmina, non audis ferro armatas copias, non audis ſtrages & incendia. Sed iudicium audis,manſuetudinẽ audis,audis lenitatem erga imbecillos, in quibus ulla ſpes eſſet bonæ frugis. Victoriam audis,nõ machinis extortam, ſed

iudicio

iudicio quæsitam. Victorē audis, nō formidabilem uictis, nō expilatorē & grauem ijs, quos subegit. Quid igitur? Talem audis, ut in eo gentes officijs deuictæ, salutis suæ spem fixerint. Quis autem nō uidet, quibus rebus respublica Christiana nata, aucta cōstabilitaq; est, ijsdem esse tuendam ac uindicandam, ubi collapsa sit: præsertim ab ijs, qui se in CHRISTI & Apostolorū uices successisse profitentē? Verum hæc aliās crebro sunt à nobis disserta. Nunc quod institutū est, prosequemur.

Illud item animaduertendum, quibus rationibus, & quàm diligenter præmunit suos, ad Euangelij negocium ituros, ut intelligant, qui hodie prædicandi CHRISTVM munus suscipiunt, quibus rebus oporteat instructos esse. Regnum cœlorū uocatur, à quo conuenit procul abesse cupiditates terrenas, quæ regnū obtinent in ijs, qui mundum diligunt. Eas omnes, quanto studio, suorū animis exemerit, operæprecium est consyderare. Luxum & uoluptatū affectum exemit parabola de diuite comessatore & Lazaro mendico, quorū alter à temporarijs delicijs ad æternos cruciatus detractus in Tartara, alter ab huius uitæ malis in æternam quietem translatus, ob oculos ponitur. Diuitiarū studiū eximit parabola diuitis, horrea sua dilatantis, sibiq; suauem ac mollem uitam in multos annos pollicentis, cum eâdem nocte mors immineret misero, semel ereptura, quicquid ille tot annorū sudore congessisset. Rursum, dum prohibet nos esse sollicitos de crastino, dum iubet recondi thesauros æternos, nec tineis, nec furibus obnoxios: dum præcipit, ut cœlestis patris bonitate prouidentiaq; freti, liliorū ac passerculorū more in diem uiuamus: dum Marci cap. decimo, occasione iuuenis, qui mœrens discesserat, simul atq; iussus est relinquere diuitias, habebat autem opimas: uersus ad suos, ait, esse facilius, ut camelus eat per foramen acus, quàm diues ingrediatur regnum cœlorum. Atq; id ut experimento quoq; persuaderet, discipulos sollicitos de panibus, commonefacit eius, quod paulo ante uiderant, paucis panibus ac piscibus aliquot hominum milia saturata: & ita saturata, ut corbes multi reliquijs onusti, tollerentur à conuiuio. Ad hæc, cum eos nullo instructos uiatico, legat ad primam prædicationem, & reuersi fassi sunt, sibi nihil defuisse.

Quibus rebus oporteat instructū esse prædicatorē.

Luxus.

Auaritia.

Parentū & cognationis affectum (quando quidē hic quoq; nō raro solet auocare nos à studio pietatis) multis modis reuellit: iubens, ut toti pendeant à patre cœlesti, neq; quenq; patrē appellent in terris: item negans se agnoscere discipulum, qui non patri ac matri, sororibus ac fratribus: deniq; qui non uxori quoq; renunciarit, ubi poposcerit negocium regni dei. Ipse licet matrē habuerit unice piam, tamē huic nusq; blandus est. De uino interpellanti: Quid tibi, inquit, mecū est mulier? In templo obiurgatus: Quid est, inquit, q̄d me quærebatis? An nesciebatis, quod in his, quæ patris mei sunt, oportet me esse? Rursum apud Matthæum cap. duodecimo, inter docēdum multitudinē, imperiosius interpellatus, matris & fratrū nomine cupientiū eum cōuenire, cq; nō blande respōdit? Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Rursus, in cruce mulierē, nō matrē appellat, sui loco Ioannē supponēs.

Cognatio.

Cæterū honoris studiū & ambitionis morbū, qui generosis & erectis ingenijs maxime solet innasci, quot modis ex animis discipulorum reuellit? haud ignarus,

Ambitio.

hanc fore præcipuam peſtem procerũ eccleſiaſticorũ. Et hoc affectu paſſus eſt ſuos tangi, quo efficacius eximeret. Ambitionis erat, quod filij Zebedæi per matrem, in hoc ſubornatam, poſtulant, ut CHRISTO proximi ſedeant in regno cœlorũ. Ambitionis erat, quod inter ſe diſceptant, quis eſſet futurus primas in regno cœlorum. Proinde audiunt à domino: Principes gentium dominant eis: & qui poteſtatẽ habent, exercent in ſuos: non ſic erit inter uos, imò quicunq; uoluerit inter uos maior fieri, ſit ueſter miniſter: & qui uoluerit inter uos primus eſſe, erit ueſter ſeruus. Nec hoc cõtentus, obijcit exemplum ſui: Sicut filius hominis nõ uenit, ut ſibi miniſtret, ſed ut miniſtret alijs, & animam ſuam det pro multis. Papæ, quantum hæc oratio diſcrepat ab ambitionis affectu? Exhibet puerum humilem ac puſillum, negans quenquàm ingreſſurũ regnum cœlorũ, niſi qui ſeſe ad eius modulum ſubmitteret. Rurſum Matthæi cap. uigeſimotertio, ſcribarũ ac Phariſæorũ faſtum & ambitionem palàm inſectatus, quod dilatatis phylacterijs, ac fimbrijs ampliatis oſtentantes ſeſe, captarent primos accubitus in cœnis, & primos conſeſſus in ſynagogis, atq; in foro gauderent honoris gratia ſalutari rabbini: Vos autem, inquit, nolite uocari rabbi: unus eſt enim magiſter ueſter, omnes autẽ uos fratres eſtis. Et patrem nolite uobis uocare ſuper terrã: unus eſt enim pater ueſter, qui in cœlis eſt. Nec uocemini magiſtri, quia magiſter ueſter unus eſt CHRISTVS. Qui maior eſt ueſtrum, erit miniſter ueſter. Porrò qui ſemet extulerit, humiliabitur: qui ſe humiliauerit, exaltabitur. Idem agit Lucæ cap. decimoquarto, parabola de inuitatis: inter quos qui ſibi poſtremũ locum delegerat, iubetur aſcẽdere. Eôdem pertinet, quod inuitat, ut ſubmiſſi blandum ac molle iugum ſuum accipiant: Diſcite, inquit, à me, quod mitis ſim & humilis corde, & inuenietis requiem animabus ueſtris. Tumultuoſa res eſt ſuperbia, cõtendit de honore, uindex eſt: & dum nulli cedit, nunq; à pugna uacat. Quanq; nulla doctrina efficacior, q; ipſius uita. Quẽ enim homunculum non pudeat erigere ceruicem, cum ille uere ſummus, præcinctus linteo, lauat pedes diſcipulis ſuis? Capitur, cæditur, conuicijs afficitur, ac ueluti flagitioſus in crucem tollitur. Deniq; per ſummam deiectionẽ ſui, promeruit ad ſummam euehi dignitatem.

Generis fiducia. Porrò permulti tument generis nobilitate, qui morbus omnium quidem communis: Iudæis tamen peculiarius adhæſit, qui ſine fine iactabant patrẽ Abraham: Ne cœperitis, inquit, dicere: Filij Abrahæ ſumus. Dico enim uobis: Potẽs eſt deus, de lapidibus his ſuſcitare filios Abrahæ. Et aliâs filios Abrahæ uocat, quicunque Abraham factis referrent: ipſos qui ſe gloriarentur Abrahæ filios, diaboli filios eſſe, qui parentem hunc impijs factis æmularentur. Omnis igitur Chriſtianorum nobilitas recte factis æſtimanda eſt, non ſtemmatis. Is demum pudendæ conditionis eſt, quiſquis ſeruit uitijs. Centurionem alienigenam præfert Iudæis. Samaritanum leproſum anteponit Iudæis. Rurſum Samaritani uulnerati uiatoris curatorem, anteponit ſacerdoti & leuitæ, qui Samaritanos ut extremos homines aſpernabantur, ſeipſos pro ſemideis gerebant.

Sæuitia. Sæuitiæ malum funditus exigit, tot parabolis ad clementiam & ignoſcendi facilitatem prouocans, apud Matthæum cap. decimooctauo, de ſeruo qui noluerit

remittere

remittere conseruo, cum ipse domini cõmunis lenitatem esset expertus: dum inibi iubet errantem fratrem clanculum absq; arbitris corrigi: dum septuagiessepties resipiscenti, totidem iubet ignoscere. Rursum cum Lucæ cap. decimonono, Samaritanis CHRISTVM nõ recipiẽtibus, Iacobus & Ioannes: Vis, inquiunt, ut iubeamus ignem è cœlo descendere, qui cõsumat istos? Ab hoc affectu protinus eos reuocat ad affectum mansuetudinis: & acriter increpatis illis: Nescitis, inquit, cuius spiritus estis. Filius hominis non uenit ad perdendas animas, sed ad seruandas.

Et est alius affectus, qui inter ipsa benefacta bonis etiam uiris insidiatur, ni cauerint, fiducia nostri, non tolerat hunc in suis CHRISTVS. Parum pius est, qui sibi pius uidetur. Pharisæum sua merita prædicantẽ è proximo fastidit: Publicanum è longinquo sibi displicentẽ agnoscit. Item apud Lucam cap. decimoseptimo, adhibita similitudine declarat, nihil gratiæ deberi seruis, etiamsi per omnia suo functi fuerint officio: Sic & uos, inquit, cum feceritis omnia, quæ præcepta sunt uobis, dicite: serui inutiles sumus. quod debuimus facere, fecimus. Nec aliud agit proximo capite, parabola de talentis ab hero commissis. Sors est aliena, quantulacunq; est: quicquid hinc quæritur industria nostra, domino quæritur, nõ nobis. Dispensatio nobis est credita. male nobis, si cessauerimus: nõ est quod gloriemur nostro nomine, si cum officio rem gesserimus. Huc spectat, quod legimus apud Matthæum cap. decimonono, cum cuidam interroganti, quid boni sibi faciendum esset, ut haberet uitam æternam: Quid me, inquit, interrogas de bono? unus est bonus deus. Sensit morbum hominis, sibi bonitatis laudem arrogantis: cum omnes nostræ iusticiæ coram oculis dei, nihil aliud sint, q̃ pannus mulieris menstro profluuio pollutæ. Ad hæc apud eundem cap. uigesimoquinto, solos illos agnoscit, qui ipsi sua benefacta nesciunt: Domine, quando te uidimus esurientẽ, & pauimus: sitientẽ, & dedimus tibi potum? Quando autem te uidimus hospitem, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te? Aut quando te uidimus ægrotum, aut in carcere, & uenimus ad te? Hoc est certissimũ ueræ pietatis argumentũ, si conatus pro uiribus omnia, tibi uidearis expers pietatis. Iniusti mirantur, si quod officium præterissent: adeo sibi non uidebantur impij. Ne eos quidem agnoscit, apud Matthæum cap. septimo, qui sese commemorant, & dæmonia per illius nomen eiecisse, futura prædixisse, multaq; stupẽda gessisse: Amen, inquit, dico uobis: nescio uos. Huc alludit, ni fallor, parabola, quã apud Lucam cap. duodecimo proponit, admonẽs, ne quis iusticiæ suæ fiducia prouocet ad iudicem, iuris rigorem experturus. cõponat magis cum aduersario litem. Nec aliud agit Ioannis cap. decimoquinto, cum ait: Non uos me elegistis, sed ego uos elegi: & posui uos ut eatis, & fructum adferatis. Atq; inibi paulo superius, se uitem uocat, discipulos palmites. Si quid à nobis adfertur bonæ frugis, totum stirpi transscribendum est, sine qua nihil sumus nisi ignis alimonia. Ac mox capite proximo, discipulos nõ nihil sibi placentes, cum aiunt: Nunc scimus, quod scis omnia, nec opus est, ut quisquàm te interroget, per hoc credimus, quod à deo sis profectus: ut mox repellit, nec sinit in eo manere affectu: Nunc, inquit, creditis. Ecce ueniet hora, & iam uenit, ut me deserto, dispergamini alij alió.

Fiducia sui.

Nec Petrum tulit, humana fiducia magnifice de se pollicentem: Etiamsi omnes offensi fuerint, ego certe non labascam: Amen, inquiens, dico tibi, quod hac nocte priusquàm gallus bis canat, ter me negabis: aliàs discipulos, iactantius referentes, quàm in primo prædicationis tyrocinio res successisset, dæmoniis quoq; subiectis: Amen, inquit, dico uobis: uidi Luciferum tanq; fulgur de cœlo cadentē. Nolite gloriari super hoc, quod spiritus subijciunt uobis: de hoc potius gloriemini, quod nomina uestra scripta sunt in cœlis. Nec solus Petrus se fortem fore prædicarat: uox illius, uox erat omniū: nec ille solus diffisus est, diffugerūt cæteri quoq;, metu territi.

Pudor humanus. Præter hæc, est mira uis pudoris humani, quem sæpenumero non possunt contemnere, qui possunt opes & uoluptates contemnere: proinde beatos pronunciat, cum illis exprobrarint homines, confictis calumniis eos traducentes. Addit exemplum sui: Si patrem, inquit, familias Beelzebub uocauerunt, quanto magis domesticos eius? Non est discipulus supra magistrum. Et in Actis, gloriæ sibi ducunt Apostoli, publicitus flagris cæsi, quos deus dignos habuerit, ut pro CHRISTI nomine contumelijs afficerentur. Atque alibi uices mutuas pollicetur: Quem mei puduerit, inquiens, apud homines, huius me quoq; pudebit apud patrem meum: & qui me professus fuerit apud homines, hunc uicissim agnoscam apud patrē. Paulus non alijs de rebus gloriatur, quàm de cruce domini IESV CHRISTI, quam mundus summum probrum esse ducit. Idem nouit, per infamiam & bonam famam, Euangelij negocium agere, sic, ut si quid gloriæ cōtigisset, CHRISTO transscriberet: si quid ignominiæ, gloriæ loco duceret, ob CHRISTVM male audire.

Persecutio. Restabat extremus affectus, adeo nobis insitus natura, ut inexpugnabilis uideri posset, nisi nihil non posset deus. Quis enim humanis præsidijs contemnat metum iudiciorum capitalium, sæuitiam tyrannorum, crudelissima supplicia, denique mortem etiam probrosam apud homines? Hac quoq; in parte, suos securos esse iubet, præcipiens, ne meditentur apologiam, qua se tueantur pro tribunalibus: se suggesturum, quod dicto fuerit opus: se suppeditaturū facundiam, cui non queant aduersarij resistere: non formidandos eos, qui corpus ualeant occidere, animam non possint, qua incolumi, nihil totius hominis perit: quando pollicitus est, ne pilum quidem capitis nostri periturū. Ab his igitur affectibus liberos, quid est quod uel corrumpere possit, uel terrere? rursus qui his obnoxius est, non potest constanter CHRISTI negocium gerere. Videt episcopus, quid expediat gregi, & uult illi consultum, sed protinus reclamant affectus: Si hâc pergas, decrescet census, offendes principem, non assequêris galerum Cardinalicium, habeberis delirus. Nec tamen est irritandus quisquam, sed si CHRISTI res secus obtineri nō potest, magno animo ferenda sunt rerum dispendia, famæ probra, capitis discrimina. Apostoli nusquàm prouocant magistratus aut principes, non exprobrant populo pristinæ uitæ dedecora: tantum ad CHRITVM, ad uitæ nouitatem, ad salutem inuitant: & omnibus, quantum licet, sese accōmodant, quo plures pelliciant ad CHRISTVM. Quod si fluctibus rerum humanarum sic inuoluemur, ut quò CHRISTVS & animi uotum inuitat, pertendere non possimus, tamen huc pro uiribus enitendum erit.

erit. Opibus onerauit te fortuna, fortasse non expedit abijcere: posside cõtemptim: &, ut Pauli uerbis utar, posside tanq̃ nõ habeas. Minus angêris, si quid decurtatũ sit: minus metues, si quid immineat dispendij. Contigerunt tibi parentes clari, contigit uxor insignis: habeto tanq̃ non habeas, & minus auocabit à pietate horum possessio. Contigit principis fauor: ne hinc intumescas, sed abutere potius, quatenus licet, in rem CHRISTI. Inuolutus es aulæ negocijs: explica te pro uiribus, nihilo secius interim ex hoc malo decerpẽs, si qua bonæ rei sese obtulerit occasio. Semper interim Martha murmuret aduersus Mariam, inuideris illius ocio. Super omnia adsit innocentia, quã pudeat & malos incessere. Adsit charitas, ad benemerendum de omnibus exposita, & alacris. Adsit animi lenitas, quæ sæuitiam impiorũ uel mitiget, uel toleret. Adsit simplex prudentia, & prudens simplicitas, quæ sic declinet iniuriam, ut ipsa nullum afficiat iniuria. Adsit certissima fides, quæ de CHRISTI promissis nihil addubitet. Hos animos si præstiterint ij, qui in Apostolorum uices succedunt, tum uere mereatur dici regnum cœlorũ, ecclesia CHRISTI. Nunc adeo plerique absunt ab hac imagine, ut sint qui hæc uelut obsoleta rideant: ut sint qui diuersa doceant.

Quoniam autem huc tendit uniuersa CHRISTI doctrina, ut ipsi pie sanctéq̃ uitam traducamus, cõueniet ad omnes uitæ actiones exemplum ac formã è diuinis libris uenari, præcipue uero ex Euangelijs, è quibus potissimũ nostra ducuntur officia. Obseruandum igitur, ut ipse CHRISTVS se gesserit erga uarios uarie: erga parentes, puer & natu grandis (puer obtẽperat, docens contemnit) erga discipulos, erga pharisæos elatos, erga percontantes insidiose, erga plebem simplicẽ, erga afflictos, apud suos, apud exteros, apud magistratus: quibus etiã rationib⁹ suos ubiq̃ præmunierit, quomodo se gerere debeant erga cognatos & amicos, quos ne salutari quidẽ uult cum Euangelicæ prædicationis dispendio: erga benemerẽtes & excipientes Euangelij gratiã, erga reijcientes, erga persecutores, erga Iudæos, erga gentes, erga fratrẽ imbecillum aut errantẽ, erga fratrẽ incorrigibilem, erga iudices impios, erga gregem sibi cõmissum: cæteraq̃, quæ nobis in cotidiano uitæ usu solent incidere. Horũ, si uidetur, locos aliquot cõmonstrabimus ob imperitiores, quo facilius reliqua per se possint annotare. *Exempla uitæ è sacris literis.*

Duo quædam peculiariter & perpetuo inculcat CHRISTVS, fidem & charitatẽ. Fides præstat, ut nobis diffisi, fiduciam omnẽ collocemus in deo. Charitas hortat, ut de omnibus bene mereamur. Primũ apud Matthæum cap. nono, alienã etiam fidem imputat paralytico: Videns autẽ IESVS fidem illorum. Ac paulo post, cæcis opem ac misericordiam implorantibus, non prius succurrit, q̃ de fide stipulatus: Creditis, inquit, q̃d hoc possim facere uobis? Cumq̃ respondissent se credere, tum deniq̃ tetigit oculos eorũ, dicens: Secundũ fidem uestrã fiat uobis. Rursus ibidem mulieri, cõtactu uestis sanitatẽ assecutæ: Confide, inquit, filia fides tua te saluã fecit. Apud eundẽ Euangelistam cap. decimoquarto, discipulis expauefactis, ac uociferantibus præ timore: Habete, inquit, fiduciam: ego sum, nolite timere. Ac mox Petrus fide fultus, ad exemplum præceptoris ambulat super aquas. Idem hæsitans, *Fides & charitas.*

pessum it,& audit:O parum fidens,quare dubitabas? Ac proximo cap. ueluti coactus per Cananææ fiduciam, ut cui nollet, præstaret hoc beneficij, exclamat: O mulier,magna est fides tua,fiat tibi sicut uis.Apud Lucam cap decimoseptimo,leprosum fidei uult acceptam referre sanitatem: Surge,inquit,uade,quia fides tua te saluum fecit. Rursum Ioannis cap.quarto,reguli fides salutem impetrat filio morienti: Credidit,inquit,homo sermoni,quē dixit ei IESVS,& ibat. Iam autē eo descendente, serui occurrerunt ei, & filij salutē nunciant. Iterū Matthæi cap.decimosexto,discipulis de panibus sollicitis, ὀλιγοπιστίαν exprobrat. Apud eundē cap.decimoseptimo, discipulis admirantibus quid obstiterit, quo minus potuerint sanare lunaticū: Propter incredulitatē,inquit,uestrā nō potuistis. Ac mox,declarans,quanta sit fidei uis: Si habueritis,inquit,fidem,sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc,& transibit,neq; quicq; erit uobis impossibile. Apud eundē cap.uigesimoprimo,discipulis admirantibus, ficum ad execrationē IESV exaruisse: Amen, inquit,dico uobis: si habueritis fidem,nec hæsitaueritis,nō solum quod accidit ficui facietis, sed etsi monti huic dixeritis, tollere & proijce temet in mare,fiet. Et quicquid postulaueritis in precibus uestris,accipietis.Item apud Marcum cap.decimo, cæcus sanatus audit:Fides tua te saluum fecit. Apud Lucam cap.octauo,discipulis ob tēpestatis uim periclitantibus: Vbi,inquit,est fides uestra? Ac mox eodem cap. exanimato archisynagogo ad nunciatam filiæ mortē: dominus IESVS, Noli,ait, timere,crede tantum,& salua erit. Tanta res est fides,ut ex huius uel inopia, uel imbecillitate ferè nascatur,quicquid uitiorum Christianorum mores corrumpit.

Charitas. De charitate uero quid attinet indicare? Quid enim aliud docet,quid aliud tota sua uita inculcat CHRISTVS, nisi summam charitatē? unum hoc erat, quod nos docturus uenerat.Siquidē apud Lucam cap.duodecimo:Ignē,inquit,ueni ut mittam in terrā,& quid uolo,nisi ut accendat? Iam apud Ioannē,totum hoc quod loquitur,quod agit apud discipulos,imminēte mortis tēpore, quid aliud sonat,quid aliud spirat,& igneam ac flagrantissimam charitatem? Quis tam saxeus est,ut illa legat absq; lachrymis? Hæc est charitas illa,morte fortior, quæ amantē ad mortis usque cōtemptum inflammat, quæ efficit, quod nulla humana possunt præsidia.

Ioan.xiij. Huius unius symbolo uoluit suos discipulos à cæteris discerni: Per hoc, inquiens, cognoscent omnes,quod discipuli mei estis,si charitatem habueritis inter uos mutuam.Deus,inquit,charitas est:ab hoc excidit,quisquis excidit à charitate. Proinde Matthæi cap.uigesimoquinto,declarans & ob oculos ponēs, quibus factis debeatur cœlum,uide quid cōmemorat: Num uestem sordidam? num ieiunia? num ciborū delectum? num psalmorū uim demurmuratam? num eruditionē? num miracula? Nihil horū.Quid igitur? Pauistis,inquit,esurientē,potum dedistis sitienti, excepistis hospitē,nudum texistis,ægrotum inuisistis, carcere inclusum subleuastis alloquio.Nihil autē aliud sunt hæc,& officia charitatis. Euolue testamentū omne

Ceremoniæ. nouum,nihil usquam reperies præceptū,quod ad ceremonias pertinet. Vbi de cibis aut ueste uerbum ullum? Vbi de inedia,aut similibus,ulla mentio? Solam charitatem suum uocat præceptum. Ex ceremonijs oriuntur dissidia, è charitate pax.

Apud

Apud Matthæum obmurmurant CHRISTO Phariſæi, quod fame perpulſi, ſabbato uellerẽt ſpicas: quibus Dauid obiecit exẽplum, qui non ueritus ſit ſacroſanctis ueſci panibus: Quod ſi noſſetis, inquit, miſericordiam uolo, & nõ ſacrificiũ, nunq; cõdemnaſſetis innocẽtes. Dñs eſt enim filius hominis etiã ſabbati. Atqui hæc erant à deo præcepta, & tamẽ nõ uult obſeruari, quoties charitatis officiũ eſt præſtandũ. Quid igit dicẽt homunculi obſcuri, qui ob interdictũ eſum carniũ, aut his frigidiores conſtitutiunculas poſtulant, ut totus homo ueniat in capitis periculum? Apud Ioannẽ cap. nono, magnas excitant tragœdias, q̃d cæco reddidiſſet oculos die ſabbati. Apud eundẽ cap. quarto, paralytico ſanato obmurmurant, qui iuſſu CHRISTI grabatũ ſuũ ſabbato ſuſtuliſſet. Apud Matthæum uero cap. nono, taciti ſecũ obganniunt, q̃d peccata remitteret. Obmurmurant alibi, q̃d ſabbato ſanaſſet mulierem cõtractã: qui bouem aut aſinũ in puteũ delapſum, nõ uererent educere ſabbato. CHRISTVS clamat, nõ hominẽ ob ſabbatũ eſſe cõditũ, ſed ſabbatũ ob hominẽ eſſe repertũ: & tu uis tuas leges tantũ ualere, ut citius pereundum ſit homini Chriſtiano, q̃ ab ijs latũ digitũ diſcedat? Rurſus obmurmurant apud Matthæũ cap. decimoquinto, q̃d diſcipuli manibus illotis cibum caperẽt. Hic uero nõ ſolum pius dñs excuſat ſuos, ueruetiã crimẽ in ipſos retorquet, qui ob corban, q̃d auaritiæ ſacerdotũ repererat, negligebant dei præceptũ. Nam dei uocat, q̃d ad naturalem pietatẽ attinet. Succurrere parẽtibus, charitatis eſt: ab hac auocabant, modo nonnihil accreſceret gazophylacio. CHRISTVS clamat: Non quod intrat in os, polluit hominẽ: & tu exigis à Chriſtiano, ut ingenti ualetudinis diſpẽdio ueſcat piſcibus? Imò præ te non ducis pro Chriſtiano, qui corporis habitu cõpulſus, quocunq; die, quocũq; cibo ueſcens, gratias agit deo. Adeo placet CHRISTO beneficẽtia, quam eleemoſynã appellat: ut apud Lucã cap. decimoſexto, collaudet iniquũ diſpẽſatorẽ, qui fraudato dño, ſubuenerit debitoribus. Iam quid aliud commendant Apoſtoli ſuis epiſtolis? Et nos ad hæc omnia penè ſurdi, pluſq; Iudaicis cõſtitutionib9 oneramus CHRISTI ſanguine liberos? Ob has calumniamur immerentẽ? Verum hæc inſectari, nõ eſt huius inſtituti. Reliqua carptim, ut quicquid occurrerit, attingem9.

Annotandum, quod CHRISTVS ubiq; ferè miſeretur turbæ ſimplicis, in ſolos Phariſæos, Scribas, & diuites, uæ formidabile intonat: uidelicet indicans, in epiſcopis, theologis, ac principibus eſſe ſitum, ut populi uigeat pietas. ab illis omne malum oritur. Miſeret populi, qui dum Phariſæi ſuum agunt negocium, deſtitutus oberrat, in morem gregis à paſtore deſerti diſiectiq;.

CHRISTVS more Iudæorũ ieiunaſſe credit, uel hoc argumẽto, quod eo nomine calumniant diſcipulos, non ipſum: ut legis apud Matthæum cap. nono, ſignificans omnẽ occaſionẽ calumniæ uitandam ijs, qui paſtores agunt, aut principes.

CHRISTVS bis duntaxat ſæuiſſe legitur, in primores, Matthæi cap. uigeſimoprimo: & apud eundem cap. uigeſimotertio, in negociantes in templo: ſatis teſtans, his fontibus uniuerſam eccleſiæ peſtem orituram.

Nullos eſſe magis capaces Euangelicæ doctrinæ, quàm ſimplices, mites ac modeſtos, aperit: ubiq; puſillos amplectens, & horum eſſe regnum cœlorũ prædicans.

Non admittendum cuiuſquam hominis conſilium,quod auocet à pietate: docet exemplo ſuo,cum Petrum paulo ante collaudatum, Satanam appellat: & quĩ cõſultor præire uolebat,imitatione mortis ſequi iubet:quemadmodũ legis apud Matthæum cap. decimooctauo.

Quædam & præter ius facienda, ne turbetur ordo publicus, ſubmonet eodem cap.iubens ſolui didrachmum:cum teſtatus eſſet,immunes eſſe regni filios.

Nihil inſanabilius eſſe impietate,pietatis imagine perſonata: docet apud eundem Euangeliſtam cap.uigeſimoprimo:Amen,inquiens,dico uobis, quod publicani & meretrices præcedunt uos in regnum dei. Phariſæi nuſquam nõ redamant CHRISTI doctrinæ,ſanctimoniæ falſa ſpecie turgidi.Publicani & meretrices morbum agnoſcentes ſuum, ad medicum accurrunt.

Ac mox ibidem, In factis non uerbis,in affectu non cultu, in obedientia non ceremonijs ſitam eſſe ueram pietatem, docet propoſita parabola de duobus filijs, è quibus laudatur is,qui quod uerbis detrectarat,re præſtitit.

Epiſcopis,& ijs,qui legitimis funguntur honoribus,etiam parum probis, tamẽ obtemperandum eſſe, modo recta doceant, admonet apud eundem cap. uigeſimotertio:Super cathedram Moſi ſederunt Scribæ & Phariſæi &c. Audiendus eſt qui docet Euangelium,etiamſi non uiuat euangelice. Cæterũ eodem in loco taxat eos,quod humanis cõſtitutiunculis onerent populum, ſubindicans in huiuſmodi negligendos:quandoquidem aliâs & Apoſtolos defendit aduerſus Phariſæos,calumniantes quod illotis manibus cibum caperent.

Non temere neque ſubito irrumpendum ad munus Euangelicæ prædicationis, docet ipſe,tot teſtimonijs ante comprobatus,Ioannis,columbæ,patris:à baptiſmo receſſit,ieiunauit,tentatus eſt,uicit:atq; ita demum undiq; ſpectatus atque inſtructus,non ſtatim ſumma docuit,ſed ab Ioannis prædicatione fecit initium, ad reſipiſcentiam & ſuperioris uitæ pœnitudinem prouocans.Nullus enim opem medici deſyderat,cui non diſplicet ſua ualetudo.

Quod autem ultro quoſdam accerſit, uelut Iacobum, Andream, Petrum, ac Matthæum:quoſdam ſequi uolentes,reiecit:nos admonitos uoluit, non quoſlibet eſſe recipiendos ad noſtræ religionis conſortium, ſed eos duntaxat, qui ſyncero ſimplicicq; accedunt animo.Id quidem certo liquebat ei,cui patebant omnia:nobis idem coniecturis perueſtigandum eſt.

CHRISTVS ut oĩbus prædicauit, ita neminẽ uncq; blandimẽtis aut humanis promiſſis ad ſe pellexit,neq; quencq; ui adegit,cũ eſſet oĩpotẽs.benefactis traxit, exẽplo uitæ traxit,idem factũ ab Apoſtolis.Proinde uidendũ,rectẽ ne ſentiant ij, qui Turcas bellicis machinis ſtudent Chriſtianos facere.Imò potius tonet apud illos Theologorũ uox,Aplicæ ſimilis:luceat uitæ candor.ſic fiunt uere Chriſtiani.

Apud Matthæum cap.octauo,Geraſeni,conſpectis miraculis, rogant IESVM, ut excederet ſuis finibus,quod ad ipſorum affectus eſſet inutilis.Ita noſtris quoq; temporibus plerique ſunt,qui taceri uelint doctrinam Euangelicam, ut cum ipſorum uitæ inſtituto pugnantem.

Chriſtus

CHRISTVS adhuc infans fugit in Aegyptum, uir ultro ſeſe offert ſatellitibus: indicans eſſe tempus fugiendi, ac ſubducendi ſeſe, cum imminens periculum non uidetur facturum ad gloriam CHRISTI.

Apoſtolos ſuos diu rudes & incredulos, leniſſimo pertulit animo, donec paulatim proficerent: ita ſacerdotes ſumma manſuetudine ferre debent populum infirmum, donec ſenſim ad meliora prouehatur.

Idem ſe facilem ac popularem & expoſitum omnibus præbuit, ne publicanorũ quidem ac peccatorum fugiens conuiuia, ſed nuſquàm non agens Euangelij negocium. Ita conuenit epiſcopum, aut horum uicarios, omnibus ſeſe accommodare, ſed hoc interim agentes, non ut ipſi ditiores euadant, uerum ut ſuos reddant meliores. Aſciuit te princeps in regiam, ut ſis à confeſſionibus, aut à concionibus: ne id agas, ut epiſcopatum auferas, ſed ut pauciora peccentur inter aulicos.

Carnis neceſſitudines obſtare iſs, qui rem Euangelicam gerunt, teſtatur apud Matthæum cap. decimotertio, inter ſuos pauciora proferens miracula ob illorum incredulitatẽ: Nonne, inquiunt, hic eſt fabri filius? nõne mater eius dicitur Maria: & fratres eius, Iacob & Ioſeph & Simon & Iudas? & ſorores eius oẽs apud nos ſunt? Vnde ergo huic omnia iſta? Atq; alibi cognati illius parant eum in uincula conijcere, dicentes: In furorẽ uerſus eſt. ut legimus Marci cap. tertio. Proinde qui uirtute uelit prodeſſe multis, maiore cum fructu peregre faciet, quàm domi.

Diſcipulos, non habentes quod pro ſe reſponderent, ubique defendit aduerſus Phariſæorum calumnias: uelut apud Matthæum cap. duodecimo, dum ſabbato uellunt ſpicas: rurſum cap. decimoquinto, dum illotis manibus cibum capiunt: iterum alibi, dum non ieiunant, quemadmodum Ioannis diſcipuli.

Non adnitendum, ut à quibuſuis lauderis, ſed duntaxat à probatis, & ab iſs, qui non laudent niſi honeſta: docet diuerſis locis. Nam Marci cap. primo, in templo uociferanti dæmonio, reſpõdet: Obmuteſce, & exi ab homine. Apud eundem cap. tertio, ſpiritib9 damantib9: Tu es filius dei: additis minis interdicit, ne ſe proderẽt.

Iudam admonuit, nõ reiecit, nec ab oſculo ſolito ſubmouit, neq; prodidit, à quo erat prodendus: tantum tribuit amicitiæ, ac domeſticæ familiaritati: docens nõ temere deſerendam ſemel initam amicitiam. Sic & Martinus tulit Brixium ſuum.

Quod Petrus à negatione reſipiſcit, CHRISTO in illum oculos defigente: Iudas pœnitudine facti ductus, abijt, ac ſuſpẽdit ſe laqueo: duplicẽ indicat pœnitẽtiã, frugiferam & infrugiferã. Felix autẽ peccator, quẽ lapſum aſpicit CHRISTVS: infelix, qui ſemet ab illo auertit, ut uideri nõ poſſit. Eſt aliquid, ſeruatorẽ uel eminus ſequi.

Quid nobis agendum ſit, ſi quando ingruerit extrema malorũ procella, aut mortis neceſſitas, quæ neminẽ nõ manet: docet ipſe, ſub tempus mortis ſecedens, uigilans, inſtanter orans, proſtratus in terram, ueluti ſuis præſidijs deſtitutus, totus à patris auxilio pendeat. Martyr qui ſuas metitur uires, impar erit ſupplicijs.

CHRISTVS raro ædidit miracula, quæ præter admirationẽ nihil haberent utilitatis, qualia ferè ſunt, quæ nunc fingunt de diuis. Sanauit ille, pauit, liberauit à periculis, quæ beneficẽtiæ ſunt. Proinde qui magnus uideri uult in eccleſia, huiuſmodi

factis

factis magnū ſeſe declaret,quæ iuuent, nō quæ populi malo uires ipſius teſtent.

Nunquàm ceſſandum à doctrina ſacra,licet non proficiat omnibus: docet parabola ſeminantis.Satis eſt ſi quædam proueniunt.

CHRISTVS cum ſuis diſcipulis,ut ab amicis ultro porrigentibus,quædam accepit:ita nihil exegiſſe legitur,aut captaſſe,nec niſi pro uitæ uſu præſenti.Ita qui præſunt gregi Chriſtiano,gratis doceant: non deerunt,qui ultro ſuppeditent,ſi modo frugi ſint,& ultra naturæ neceſſitatem nihil requirant.

Nihil accipiendum ab ijs, qui pertinaciter aſpernantur ſalubrem admonitionē, ne uideamur illorum fauere peccatis:docent Apoſtoli,qui ex doctrina domini,pedum quoq; puluerem excutiunt in eos, qui non recipiunt Euangelium.

Non eſſe ſtatim ꝓhibendos,qui adminiſtrant eccleſiæ ſacramēta,aut qui doctrinam CHRISTI prædicant,etiā ſi uita parū reſpōdeat:ſubindicat Marci cap.nono, uetans ꝓhiberi,qui miracula ædiderat ſub noīe CHRISTI, cū ipſum nō ſequereť.

Boni paſtoris eſſe,nonnunquàm ſe in altiſſimum ocium abdere ac ſecedere,quo liberius precibus ac ſanctæ lectioni uacet: ut ijs rebus redintegratus, uegetior redeat ad epiſcopi munia:docet Marci cap.ſexto, ſuos abducens in locum deſertum, ut aliquantiſper requieſcerent.

Quales oporteat eſſe ſeceſſus epiſcoporū, multis docet locis: non ad uoluptates ſecedens,aut uenationes,ſed ad orandum, ad familiarius colloquendum cum ſuis, tales erant ſeceſſus olim præſulum,quos ob infrequētiam monaſteria uocabant.

Solam ficum execratus eſt CHRISTVS, quæ foliis uelut impoſuit eſurienti: ſignificans nullum hominū genus ſibi eſſe inuiſius,quàm hos,qui ſub pietatis prætextu ſunt impij,& religionem titulo,cultuq; profitentes,uiuunt irreligioſe.

Quicquid ad ſalutē noſtrā pertinet,id crebris precibus à deo flagitandum:docet ipſe,ſubit de orans.Quicquid obtigerit boni,id deo ferendū acceptū:docet ipſe,frequenter gratias agēs patri:idem inculcat parabolis aliquot,uelut illius,qui cogit improbitate ſua,nocturnū amicū ſurgere:item uiduæ, iudicē inexorabilē aſſidua interpellatione defatigātis:idē nō uno loco præcipit diſcipulis ſuis:Petite & accipietis.

Indolem egregij paſtoris etiam in puero ſubmicare,ac ſcintillulis quibuſdam ſeſe prodere:docet ipſe,puer duodecim annos natus, in templo ſapiētiæ ſuæ ſpecimen ac guſtum præbens:item in nuptijs præludens miraculo, & ante baptiſmum iam ceu meditans Euangelicum munus, ac prægeſtiens ad futuram prædicationem.

Qui uelit prædicationis Euangelicæ negocium ſuſcipere,eum oportet ab omnibus carnis affectibus eſſe repurgatū, neq; quicq; niſi cœleſtia ſapere. CHRISTVS in baptiſmo ſpiritu impletus eſt,huius impetu raptus eſt in deſertum. Hinc à tentatione uictor, ſpiritus impetu raptus eſt in Galilæam: quemadmodū legis apud Lucam cap.quarto. Hinc ingreſſus Nazarenam ſynagogam, explicato uolumine Eſaiæ, locum nactus eſt de ſpiritu: Spiritus domini ſuper me,eo quod unxit me: ad euangelizandum pauperibus miſit me.Nicodemum iubet renaſci, non ex carne,ſed ex ſpiritu.Apoſtolis,poſt reſurrectionem ad prædicandum ire iuſſis, afflat ſpiritum ſanctum.Rurſum ab aſcenſione mittit ſpiritum igneum.

Quidam

Quidam ob hoc ipsum sancti uolunt haberi, quod semet abdunt à uulgi conspectibus. At exemplo CHRISTI, qui uere Christianus est, non horret consortium imbecillium, modo spes sit ulla resipiscētiæ: in conuiuio contrectatur à muliere peccatrice: colloquitur priuatim cum muliercula Samaritana, quæ cum sexto uiuebat adultero: conuiuatur cum publicanis. Cur enim horreat fidus & amicus medicus homines morbidos, modo spes sit sanitatis?

Beneficium gratis, & absq; spe redituri fœnoris esse collocandum, nec ullam benefactorum expectandam mercedem, nisi in resurrectione iustorum: docet apud Lucam capite decimoquarto, parabola proposita, monens, non esse inuitandos cognatos, aut uicinos, aut diuites, sed pauperes, debiles, cœcos, & claudos.

Cum uulgus horum, qui sibi pñ uidentur, in preculis, aut superstitiosis ceremoniolis summam pietatis collocet, CHRISTVS apud Lucam capite decimoquinto, præcipuum pietatis officium, deóq; gratissimum declarat esse, si quis peccatorē ad resipiscentiam adducat: eandem sententiam tribus parabolis inculcans, ouis centenariæ receptæ, drachmæ decimæ repertæ, & filñ prodigi resipiscentis.

Atq; inibi summus ille pastor, qui solus omniū prorsus ab omni uitiorū labe fuit immunis, docet peccatorē ex animo resipiscentē, cū gaudio recipiendū: cū uulgo his insultem⁹, & cū æterna nota recipiamus, pinde quasi nos uacemus oñi crimine.

Vbiq; facta dictáq; sua refert ad autorem patrem, exemplo dato, ne quid nos homunculi nobis arrogemus, néue nostræ innitamur prudentiæ.

Quicquid uita communis obtulit, hoc ferè uertit in occasionem docendæ pietatis. Ostenso Cæsaris nomismate & imagine, detorquet huc, ut ex imagine mentis meminerimus, quid debeamus deo. Turbas frequentius affluentes ob conuiuium exhibitum, hortatur ad cibum, qui non perit. Rursus apud eundem Ioannem, efflagitātibus signum aliquod, quod cum manna cœlitus olim delapso, conferri possit, ad sui corporis epulas uocat, longe quouis manna sacratiores. De insigni sceleratorum quorundam supplicio renunciantes, per occasionem inuitat ad pœnitentiam. Pueros oblatos uertit in exemplum mansuetudinis. Templi structurā ostentantibus, meminit de morte & resurrectione sua. Mulieris elogium, clamātis beatum uterum, qui talem gestasset infantem, beata ubera, quæ tali puero lac porrexissent: huc deflectit, ut potius beatos ostendat, qui concipiunt sermonem diuinum, & hinc fructum ædunt nunquam periturum. Quāquam hæc ratio latius patet, quàm ut sit omnibus exemplis explananda.

Quod apud Ioannem capite duodecimo, pharisæi destinant & Lazarum interficere: typum habet, quod improbi non solum oderunt CHRISTVM ipsum, sed eos quoque per quos CHRISTI nomen illustratur.

Annotandus est apud eundem circulus, in quo ferè se uoluit, ubiq; & societatem & fœdus Christianum commendans: præsertim cap. duodecimo, & decimotertio, se declarat idē esse cum patre: adeo ut qui filiū norit, norit & patrem: qui filiū spernat, spernat & patrem: nec separatur ab hac cōmunione spiritus sanctus. Sic em̄ legis in epistola: Tres sunt qui testimonium dant in cœlo, pater, sermo, & spiritus,

atq;

atq; hi tres unum ſunt. In idem conſortium trahit ſuos, quos palmites ſuos appellat: obſecrans, ut quemadmodum ipſe idem erat cum patre, ita & illi idem eſſent ſecum. Impertit ijſdem communem patris ſuumq; ſpiritum, omnia conciliantem.

Non credit Petro ſuas oues paſcendas, niſi ter amorem CHRISTI profeſſo: ſubindicans, epiſcopo nihil ſpectandum præter ſalutem gregis, & CHRISTI gloriam. Ac mox oſtendit, quo debeat ſe præparare fidus ac uerus paſtor, ſubijciens: Amen dico uobis, cum eſſes iunior, cingebas te, & ambulabas quò uolebas: cum autem ſenueris, porriges manus tuas, & alius cinget te, ducetq; quò non uis.

Ad hunc modum conueniet in ſingulis myſticorum uoluminum locis philoſophari, præſertim in Euangelijs: nam hæc exempli gratia duntaxat in medium adduximus, quo uiam indicaremus alijs, forſitan his meliora reperturis.

Sed bona difficultatis pars ſita eſt in ipſo ſermonis habitu, quo traditæ ſunt nobis ſacræ literæ. Nã tropis & allegorijs, ac ſimilibus, ſeu parabolis ferè opertus eſt, & obliquus, nonnunq; uſq; ad ænigmatis obſcuritatem: ſiue id CHRISTO uiſum eſt, quo Prophetarum ſermonem, cui Iudæorum aures aſſueuerant, referret: ſiue hac difficultate ſegniciem noſtram exercere uoluit, ut poſtea gratior eſſet fructus, non ſine negocio quæſitus: ſiue hoc conſilio ſua myſteria prophanis & impijs operta cælataq; eſſe uoluit, at ſic, ut interim pijs ſcrutatoribus non intercluderetur aſſequẽdi ſpes: ſiue genus hoc dictionis potiſſimum placuit, quod ut ad perſuadendũ cum primis efficax eſt, ita doctis pariter & indoctis expoſitum & familiare, maximeq; ſecundum naturam: præſertim ſi ſimilitudines ducãtur ab ijs rebus, quæ uulgo notiſſimæ ſunt. quod genus fuiſſe ferme leguntur Socraticæ. Neq; uero tãtum ad docendum ac perſuadendum efficax eſt parabola, uerumetiam ad commouendos affectus, ad delectandum, ad perſpicuitatem, ad eandem ſententiam, ne poſſit elabi, penitus infigendam animo. Nam uehementius afficit animum adhibita parabola de filio prodigo reſipiſcente, in qua narratur adoleſcens à patre poſtulare portionem ſubſtantiæ, quæ ad ſe rediret: deinde ſibi fiſus, committere ſe regioni longinquæ: mox oblitus indulgentiſſimi patris, cum turpiſſimis ſcortis ac nepotibus prodigere rem, parentis benignitate datam: deinde coactus extrema rerum omnium penuria, tandem amentiam ſuam agnoſcere, & relictæ uitæ tangi deſyderio. Reuertitur filius, agnoſcit erratum. Occurrit pater, in amplexus filij effundit ſe ſe. Profertur noua ueſtis, profertur anulus, occiditur uitulus ſaginatus, tota domus lætitia perſtrepit. Nec aliter gaudet ſenex recepto iuuene, quàm ſi reuixiſſet. Non exprobratur temeritas poſcentis, non luxus ac nequitia profundentis. Non meminit iam horum paterna pietas, cui ſatis eſt, quod reſipuerit, quod ſibi redditus ſit filius. Hæc inquam, acrius feriunt animum, quàm ſi quis citra parabolam dicat, deũ libenter recipere peccatorem, modo ex animo pœniteat ſuperioris uitæ: nec exprobrari peccatum ei, qui ipſe uehementer oderit ſua commiſſa.

Parabola.

Rurſus adhibita ex Geneſi parabola myſtica, cum Abraham paſſim fodit puteos, Philiſtæi, iniecta terra, obturant foſſos: refodit eoſdem Iſaac, ac plures inſuper addit, qui uenas habeant uiui laticis: Nón ne iucundius audieris, quàm ſi ſimpliciter

pliciter dicas, ex diuinis libris petenda præcepta recte uiuendi: ab his abhorrere, qui terrenis bonis addicti sint? Item qui nude declaret, quibus uirtutibus oporteat episcopum esse præditum, frigidius audietur, q̃ si totum Aaron apparatũ, à Mose diligentissime descriptum, ad allegoriam accõmodet. Sunt quæ gratius per crystallum aut succinum pelluceant, q̃ si nuda conspiciantur. Et nescio quo pacto, quæ sacra sunt, plus habent maiestatis, si sub inuolucro proferantur oculis, q̃ si prorsus retecta uisantur. Iam qui dicat, quicquid in nobis boni sit, id à CHRISTO nobis autore proficisci, intelligetur quidem: uerum si huc accommodet similitudinem de stirpe uitis & palmitibus, de capite & membris, de radice & ramis: mox uelut imagine depicta, res oculis subiicitur. Quin aliquoties fallit CHRISTVS suos ad tempus allegoriarum ænigmatibus, quo post altius inhæreat, quod uolebat intelligi: ueluti cũ Matthæi cap. decimosexto, monet cauendum à fermẽto Pharisæorũ: illis de panibus omissis succurrit, cum ille de uitanda Pharisæorũ hypocrisi loqueret.

Rursum cum apud Lucam, diuendita tunica, iubet emi gladium: cumq; respondentibus duos adesse gladios, ait, sufficit: per occasionem animum addit Petro, ut gladio rem aggrederet: cum hoc ageret CHRISTVS, ut hunc affectum, ui tuendi sese aduersus persecutiones, penitus ac radicitus ex animis suorum euelleret.

Item cum apud Ioannẽ, admirantibus ingentem templi structuram, ait: Soluite templum hoc, & in triduo excitabo illud: nec Apostoli senserunt, illum de corpore suo loqui, occidendo, & intra triduum reuicturo. Ad hæc cum ait apud eundem: Modicũ & nõ uidetis, & iterũ modicũ & uidebitis me: ueluti per ænigma significauit, se breui moriturũ, sed mox à resurrectione semet illis exhibiturũ usq; ad diem ascensionis. Apud Matthæum uero quot parabolis regnum cœlorũ nobis adumbrat? seminantis uarie, rursum seminantis bonũ semẽ, grani sinapis: fermẽti exigui, in ingentẽ farinæ massam abditi: thesauri in agro defossi, insignis margaritæ.

His finitima cognataq; sunt prouerbia, quod genus est: Cecinimus uobis tibijs, & non saltastis: cecinimus lugubria, & non ploraſtis: quo significatũ est, Pharisæos nec Ioannis austeritate, nec CHRISTI ciuilitate fuisse prouocatos ad pœnitẽtiam. *Prouerbia.*

Sunt autem tropi, qui nõ pertineant ad grammaticos aut rhetores, sed pertinent ad idioma sermonis: quod si ignoretur, frequẽter aut fallit, aut moratur lectorem. Ac Græca quidem lingua complures habet cum Latina communes, quosdam habet sibi peculiares. Cæterum Hebræa plurimas habet loquendi formas, ab utraq; dissonantes. Commune est nobis cum Græcis, quod dicimus, benefacere eum qui bene meretur de quopiam: at non item commune, quod illi dicunt εὖ πάσχειν, id est, bene pati, pro beneficio affici. Commune est cum illis, quod pro ἔχω χάριν dicimus, habeo gratiam. Non est commune quod illi pro eodem dicunt, οἶδα χάριν, id est, noui gratiam. Iam Apostoli, tametsi Græce scripserint, tamẽ non parum referunt ex proprietate sermonis Hebraici. Porrò Septuaginta, qui ueteris instrumenti libros nobis Græce tradiderunt, permulta referunt ex Hebraici sermonis proprietatibus, quæ ferè sunt ab Hieronymo mutata, qui ueterẽ sustulit translationẽ, quam in opere De locutionibus adducit Augustinus (si quis uelit illius gustum capere) *Tropi.*

adeo, ut qui sit eius sermonis rudis, etiamsi probe Græce calleat, non assequatur aliquoties sententiam loquentis. Cuius generis sunt, ut unum aut alterum exemplum docendi gratia producam: iurat in cœlo, pro eo quod erat, iurat per cœlum: & credit in eo, pro eo quod erat, fiduciam habet in illo: & confitetur in eo, cõfitetur illum: in hoc cognoscent, in gladio percussit, per hoc cognoscent, gladio percussit: ero illi in patrem, erit mihi in filium: ero illi pater, erit mihi filius: duos & duos, pro binos: magis fortior est nobis, fortior est nobis: mulier si fuerit uiro alienigenæ, pro eo quod erat, si nupserit uiro alienigenæ: homo homo, pro quisquis: uiri uiri, cuiuscunq; uiri: quæ fecit uirtutem eorum, pro, quæ fecit exercitibus illorum. Nam hoc arbitratus est Augustinus ad Hebraicum idioma pertinere, cum mihi uideatur idiomatis Græcanici. Hebraicum est, pronomen ex superuacuo addere: Beatus populus, cuius dominus deus eius: ostendit, pro fecit: bonas bonas, pro ualde bonas: Maria Cleophæ, pro Maria uxor Cleophæ: Iacobus Alphæi, Iacobus Alphæi filius. Eclipsis est familiaris Hebræis: omnis caro, pro omnes homines: centum animæ, pro centum hominibus: uerbum, pro, facto: Quid uerbum hoc fecisti nobis? honor, pro subsidio: misericordia, pro beneficentia. Porrò quod usu uenit in his, quæ uersa sunt ex sermone Hebraico, idem accidit in ijs, quæ translata sunt ex sermone Græco, quoties interpres illius linguæ reddit idioma. Verum huius generis formas aliquot indicauimus in Annotationibus, quas scripsimus in nouum testamentum. Et Aurelius Augustinus libris aliquot idem egit, quibus titulus est, De locutionibus. Quanquàm in hoc argumento felicius uersari poterat, si, quod annotauit, ex Hebræorũ potius quàm Græcorum fontibus hausisset. Extant & annotationes Titanij Græci, scriptoris, ut apparet, neoterici in hoc ipso genere.

In, pro per.

Honor, pro subsidio.

Græci sermonis idiomata.

Iam alijs quoq; tropis frequenter explicatur difficultas. Nam quod Matthæus & Marcus prodiderunt latrones, qui cum CHRISTO erant crucifixi, conuiciatos ei fuisse: cum Lucas tradat alterum duntaxat id fecisse, sic explicat nodum Augustinus, ut dicat esse ἑτέρωσιν numeri, latrones dictum pro latro.

Heteroſis numeri.

Rursum, CHRISTVM triduo fuisse in sepulchro, per synecdochen explicant: quemadmodum & illud, quod apud Marcum post tres dies resurrecturus scribitur, cum diluculo tertij dici surrexerit.

Synecdoche.

Quoties autem explicato hyperbati anfractu, sensus obscuritatem discutiunt & Origenes, & Chrysostomus, & Hieronymus, & Augustinus?

Hyperbaton.

Quin & hyperbole non raro succurrit, uelut illuc: Ascendunt usque ad cœlos, & descendunt usq; ad abyssos: cum uehementẽ tempestatẽ undarum intelligi uellet Psalmista. Neq; cõtinuo mendacium est, quod ultra ueri fidem dicitur. sed in hoc adhibetur tropus, ut acrior & ardentior sit oratio. Ac ne quis absurdum putet, in diuinis libris hyperboles meminisse, facit hoc non raro Origenes, facit Chrysostomus, facit Augustinus & Hieronymus. Huius generis sunt illa: Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorũ: cum nihil aliud intelligi uellet, cq; esse difficillimũ, ut diues obtemperet Euangelicæ doctrinæ: Item apud Lucam: ubi parabola iubet ad conuiuium adhiberi debiles cæcos, & claudos:

Hyperbole.

claudos:nihil aliud ſignificatur,cꝫ abiectos & calamitoſos eſſe ſubleuandos beneficio gratuito.Rurſum ubi prohibet,ne quẽ inter uiam ſalutent Apoſtoli:cum hoc uoluerit intelligi,non cõmittendum eis, ut ob humanos affectus, ullis diſpendijs Euangelij negocium remorentᵉ.Vbi uetat,ne peram aut baculum tollant in uiam, ſenſit,eos his præſidijs liberos eſſe oportere,quibus uulgus ſe munit,iter initurum. Neqꝫ enim dubium,quin Apoſtoli peras & baculos habuerint: cum Paulus & lacernam & bibliothecam reliquerit Troade.Vbi ſuos iubet liliorũ exemplo uiuere, ſentire uoluit, abijciendam anxiam ſollicitudinẽ reponendi in poſterũ cõmeatus. Vbi iubet præberi maxillam leuam percutienti dextram:quid aliud uult,quàm nõ referendam illatam iniuriamᵉ Idem ſentiendum,opinor, de relinquenda tunica ei, qui pallium abſtulerit: & ultro ambulando bis mille paſſus cum eo, qui ad ſemel mille compuliſſet.Vbi negat eſſe ſuum diſcipulum,qui nõ oderit patrẽ & matrem, plus dixit quàm intelligi uoluit.Vbi iubet ungi faciem oleo,ne uideamur ieiunare: nihil aliud ſentit,quàm in benefactis nõ captandam oſtentationẽ. Nam arbitror, Apoſtolos nõ ſolitos ungere faciem,cum ieiunarẽt. Origenes indicat hyperbolen eſſe,quod in Geneſi ſcriptum legimus: Lauit in uino ſtolam ſuam, & in ſanguine uuæ pallium ſuum.Quis enim abluit ueſtes ſuas in uino ᵉ Verum his uerbis nihil aliud intelligi uoluit,quàm inſignem & exuberantẽ agri fertilitatẽ.Idem hyperbolen eſſe putat,quod Paulus ſcripſit, Rhomanorum fidem prædicatam in uniuerſo mundo,cum multis eſſet ignota regionibus.Diuus Auguſtinus in epiſtola ad Publicolam,quæ inter cæteras numero cenſetur centeſima quinquageſimaquarta,putat in illis uerbis CHRISTI,quibus prohibet,in totum ne iuremus, neque per cœlum,neqꝫ per terram,neqꝫ per aliud quicqꝫ,hyperbolen eſſe:plus enim dixit quàm ſentit,quo uehemẽtius deterreret à periurio.Auguſtini uerba,ſi quis requiret,ſubſcribam: Si tamen illud nos adhuc mouet,quod in nouo teſtamẽto dictum eſt,ne omnino iuremus.Quod quidem mihi ꝓpterea dictum uidetur:non, quia uerum iurare,peccatũ eſt:ſed,quia peierare,immane peccatũ, à quo nos longe eſſe uoluit, qui,omnino ne iuremus,admonuit.hactenus ille.Veluti cum interminamur pueris,ne natent,dicimus:ſi uel aſpexeris lacum, occidam te. Quam interpretationẽ ſi recipimus,conſimili ratione explicabuntur & illa: ne diuertas ab uxore, ne reſiſtas malo,ne iraſcaris. Iam quod Ioannes in Euangelij ſui calce ſcripſit, totũ mundum nõ fore capacẽ librorũ, qui de CHRISTO ſcribendi forent:Cyrillus & Chryſoſtomus ingenue fatentur,hyperbolen eſſe.Opinor & cum prohibet,ne quẽ uocemus patrem in terris.Præterea cum ait:nec iota nec apiculum unum legis omittendum, qui non impleatur: intelligens,nihil omnino prætereundum ex promiſſis diuinis: quæ conſtare poſſunt,etiamſi apices aliquot ſublati fuerint. Sed huius quoqꝫ generis aliquot exempla cõmonſtrauimus in Annotamentis, quibus nouum teſtamentum explanauimus.His cognata ſunt illa,quæ an tropis conſtent,neſcio, certe ad uulgarem ſenſum accõmodanda ſunt potius, cꝫ ad uiuum,ut aiunt,exigenda: uelut cum prohibet omnino iurare,ſentit non eſſe iurandum, ut uulgus deierabat ob quaſlibet cauſas. Cum prohibet ſollicitum eſſe de craſtino, ſentit iuxta uulgi

Ad uulgarem ſenſum accommodanda.

morem,qui ceu deo diffiſus,anxie torquebatur cura futuri temporis. Cum prohibet reſiſtere malo,ſentit,malum non eſſe propulſandum malo, ut uulgus hominũ ſolet:alioqui licet reprehendere peccantes,licet & cohercere. Cum prohibet,ne uocentur rabbi,ſentit,ne Phariſæorum more, qui ſupercilio turgebant ob hunc titulum. Cum prohibet in precibus multiloquium, ſentit, non eſſe precandum iuxta quorundam exemplum,qui exiſtimabant,deum multitudine uocum capi, magis quàm affectu mentium:alioqui legimus & CHRISTVM oraſſe prolixe. Sic iubet non iraſci,ſentiens iram uulgarem, quæ tendit ad iniuriam. Sic damnat eum, qui fratri ſuo dixerit,fatue:ſentiens,qui,quod uulgo ſolet, contumeliæ gratia id fecerit: alioqui CHRISTVS ipſe ſuos diſcipulos, & Paulus Galatas ſtultos appellat, ſed arguens,non inceſſens.Huiuſmodi fermè ſunt,cum apud Matthæum ait: Miſericordiam uolo,& non ſacrificium:omnino ſacrificium uolebat, quod ipſe indixerat: ſed prius eſt præſtare miſericordiam, quàm offerre ſacrificium. Rurſum cum ait: doctrina mea non eſt mea, ſuam negat eſſe, quam patri ut homo ferebat acceptam.Rurſum cum ait:nondum fuiſſe ſpiritum, quod IESVS nondum eſſet glorificatus:non ſentit ſimpliciter, non fuiſſe ſpiritum, ſed in Apoſtolis nondum apparuiſſe ſpiritum illum Euangelicum.

Latini ſermonis idiomata.

Quin & ipſe ſermo Latinus habet ſua quædam idiomata, quæ parum attentis, aut minus eruditis imponunt aliquoties:quod genus eſt illud apud Marcum cap. quinto,cum ab archiſynagogo uenire dicuntur,qui ab illius ædibus ad illum uenirent:quem locum habemus iam olim deprauatum ab ijs,qui nõ agnoſcebant Latinæ linguæ proprietatẽ,qua dicimus,ad me ibimus,pro eo quod erat,ad domum meam.Cæterum addubites forſitan,an in Apoſtolicis & Euangelicis literis reperire liceat ironiam:cum dubium eſſe non poſſit, quin in uetere teſtamento reperiatur,nimirũ libri Regum tertij,cap.decimooctauo,Helias irridens prophetas Baal: Clamate,inquit,uoce maiore:deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt,aut in itinere, aut certe dormit, ut excitetur. Poteſt & in his uerbis CHRISTI accipi ironia:Dormite iam & requieſcite: iuxta Theophylacti Vulgarienſis epiſcopi ſententiam. Rurſum apud Paulum epiſtolæ prioris ad Corinthios cap. ſexto: Contemptiores qui ſunt,hos ad iudicandum cõſtituite:per ironiam dictum uideri poteſt,præſertim cum ſequatur:Ad pudorẽ ueſtrum dico.Fortaſſis & illa CHRISTI uerba non multum abſunt ab ironia:Non eſt bonum,ſumere panem filiorũ, & proijcere canibus.Nec illa:Non ueni ad uocandum iuſtos,ſed peccatores:neque enim uere ſenſit eos eſſe iuſtos,ſed exprobrat, quod ſibi iuſti uiderentur.

Sunt & aliæ figuræ complures uerborũ ac ſententiarũ, quæ ad cõpoſitionẽ, aut grauitatẽ,aut iucunditatẽ orationis faciunt,quas diuus Auguſtinus non grauatus eſt multis uerbis indicare in libris ſacris,in opere,cui titulus,De doctrina Chriſtiana.De omnibus diligenter tradiderunt Donatus ac Diomedes,ſed his diligentius Quintilianus libro Rhetoricarũ inſtitutionũ nono.At ne quis hanc literaturæ partem faſtidiat,ut grammaticã ac triuialem,Auguſtinus in opere De doctrina Chriſtiana iubet nõ indiligẽter addiſci,uelut utilem ad intelligẽdos libros canonicos.

Iam

Iam amphibologia uitium quidē eſt orationis, ſed quod ſæpenumero uitari nō poteſt, etiamſi Fabius, quoad fieri poteſt, uitandum eſſe monet. Auguſtinus adeo uitari uult, ut exiſtimet manifeſtariū ſolœciſmū citius admittēdum, cꝫ ambiguam dictionē: & oſſum dici mauult, cꝫ os, ſi unum aliquod ſignificamus, quæ multa dicuntur oſſa, nō ora: qua quidem in re nō illi prorſus aſſentior. Verum hæc incommoditas frequētius accidit in lingua Græca, cꝫ Latina. Proinde nos cōpluribus locis & indicauimus, & ubi licuit, ſubmouimus. Tollitur autem ferè uel cōpoſitione, ſiue ordine ſermonis cōmutato, ſi ex cōtextu naſcatur, uel dictione ancipiti, per periphraſin explicata: quod ipſum Auguſtinus exemplis aliquot proſequit. Verum abuſus uocis nōnunꝫ ancipitē reddit orationē: ſed qui nō tam linguæ ſit peculiaris, cꝫ ſcriptori, ut ſunt & inter autores ſua cuiꝫ propria. Nam frequēter hærebit in Quintiliani ſermone, qui præter Ciceronē nihil legerit. Sic Paulus aliâs carnē uocat cognatos, aut ſanguinis affinitatē, aliâs totum hominē carnem appellat: nonnunꝫ craſſior hominis, aut alterius cuiuſpiam rei pars, caro dicitur: interdum affectum hominis ad uitia ſollicitantē, carnē appellat: item corpus ſæpe uocat, quod ex membris cōſtat: aliquādo corpus idem illi ualet, quod caro. Spiritū alicubi uocant ſummū illum ac cœleſtem: alibi mentis impetum, ſpiritū dicunt. Rurſus aliâs dona ſpiritus ſancti dicuntur ſpiritus: nōnunꝫ aër hic motus, ſpiritus dicitur, ut ibi: Spiritus ubi uult, ſpirat. cui penè idem eſt, quod ait Paulus: Spiritus quidē meus orat, mens uero mea ſine fructu eſt. Huius generis ſunt & illa, cum fidem dicunt pro fiducia: cum Latinis fides ſit uel pollicēris, ut dare fidem: uel præſtantis, aut nō præſtantis, pmiſſum, ut ſoluere fidem, præſtare fidem: fidentis aut credentis nō eſt, niſi cum ſic loquimur, habeo tibi fidem, abrogat illi fidem. item cū Paulo dicit ædificare, qui prodeſt: & deſtruere, qui nocet. rurſus cum benedictionē uocat, beneficium ſponte collatū. Sed de his plura ſparſim dicta ſunt nobis in Annotationibus: & in argumentis, quæ ſcripſimus in epiſtolas Apoſtolorū, nonnihil attigimus. Amphibologia.

Verum in allegoriis, ut huc redeamus, quoniam his omnis ferè conſtat diuina ſcriptura, per quam æterna ſapientia nobiſcum ueluti balbutit, præcipua cura ponenda eſt: quæ niſi ſuccurrunt, præſertim in ueteris teſtamenti uoluminibus, maxima pars fructus perierit lectori. Aliquoties pernicioſus eſt uerborū ſenſus, niſi adhibeas allegoriæ remedium: quod genus illud: Beati, qui ſe caſtrauerūt propter regnum dei. & illud Petri: Hoc enim faciens, carbones igneos congeres ſuper caput eius. Auguſtinus & illud huius eſſe generis opinatur: Niſi quis ederit carnē meam, & biberit ſanguinem &c. Hic igitur, ut dictum eſt, conducet rerum naturalium cognitio: tum in poëticis allegoriis per ætatem præluſiſſe, aut etiam ab omni genere rerum ducendis aut tractandis ſimilibus: qua de re & nobis olim libellus æditus eſt. Sunt qui noui quoꝫ teſtamenti hiſtoriam ad allegoriam trahunt, quod ego ſanè uehementer approbo, cum aliquoties ſit neceſſarium, ſæpiſſime feſtiuum & elegans, ſi quis modo ſcite rem tractet. Nam mihi uidetur Ambroſius in hanc partem, ut illius pace dixerim, immodicus eſſe nonnunꝫ, ueluti cum Petrum ad prunas calefacientem ſe, negat corporis frigus ſenſiſſe: cum id temporis frigus eſſe non Allegoriæ. Ambroſius.

posset, sed mentis hoc fuisse frigus. Eleganter hoc, quod ait in allegoria uersans: Sed frigus erat, ubi IESVS non agnoscebatur, ubi non erat, qui lucem uideret, ubi negabatur ignis consumens. cæteraq; in hanc sententiam. uerum nihil uetat, quo minus & narrationis constet fides. Addit autem: si tempus consyderemus, frigus esse non poterat. ac paulo post: frigus ergo mentis, non corporis. Etenim licet in ea regione satis tepeat cœlum illis mensibus, tamen nox in æstuantissimis etiam plagis suum frigus habet. Huic simillimum est, quod subiicit de negatione Petri, magis argute, quàm uere patrocinans ei, quem CHRISTVS ob hoc ipsum labi passus est, ut ipse resipiscens, miserante CHRISTO, confirmaret fratres suos: & tamen adeo nouum uideri uult, potuisse peccare Petrum, ut peccatum illius nec ab Euangelistis comprehendi potuerit: perinde quasi satis idoneum sit argumentum, illos nõ assecutos, de quo uarie narrarint, cum idem plurimis accidat locis. Deinde cum apud Matthæum ac Marcum prodenti puellæ, respondet: Nescio quid dicas: huc detorquet, quasi non negarit dominum, sed à muliebri proditione se separarit. Quod si maxime quis urgeat, illum abnegasse, quod esset de numero eorum, qui fuerant cum IESV Galilæo, aut, ut à Marco scriptum est, Nazareno, tamen huc uerba deflectit, quasi negasset se nosse Galilæum, aut Nazarenum, quem dei filium nouerat. Rursum quod apud Matthæum habetur: Non noui hominem: eôdem torquet, quasi discipulus hominis non esset, qui discipulus dei uellet haberi. Nam quod confirmandæ rei gratia adducit ex Paulo: Paulus apostolus non ab hominibus, neque per hominem, sed per IESVM CHRISTVM, & deum patrem (etiamsi non nesciam, secus ab alijs explicari) mihi uidetur, non naturam significasse Paulus, quam CHRISTO non ademit: sed infirmius quiddam & humilius intelligi uoluisse hominis uocabulo: uelut cum ait: An secundum hominem hæc loquor? Atque hæc quidem licet plausibiliter & argute dicerentur in schola declamatoria, tamen in rebus sacris neque ludendum est, neque decet argutari, neque expedit torquere quicquàm: ne dum falsa defendimus, fidem ueris abrogemus. Simplex est, iuxta Tragici sententiam, ueritatis oratio: nihil autem CHRISTO neque simplicius, neque uerius. Fortassis huius generis est, quod Augustinus in homilia quadam de muliere in adulterio deprehensa, quinq; uiros, & sextum uirum non uirum ad allegoriam accommodat, meo iudicio coactius. Iam in numeris passim philosophantur de numero trigesimo, sexagesimo, & centesimo, rem Hebraicam ad Græcos aut Latinos numeros accommodantes. Item de quinq; milibus hominum satiatis, de quinq; panibus, de duobus piscibus: de talentis decem, quinq;, & uno: de farinæ satis tribus. non quod negem alicubi in numeris latere mysterium, sed quod in quibusdam ascita, detortaq; uideantur adferri. Simplicissimũ est, quod idem uerissimum esse puto, decem, quinq;, & unum posita esse, pro plurimo, mediocri, & minimo. Est ubi summam parabolæ satis sit attigisse, etiam in ijs, in quibus allegoria uitari non potest: uelut in parabola patrisfamilias, aduersus nocturnum furem uigilantis, quæ nihil aliud deliniat, quàm eius diei subitum & inopinatum aduentum. Sunt qui fastidiant omnes allegorias,

tanquàm

tanquàm rem arbitrariam, somniq; simillimam. A quibus ut uehemēter dissentio, cum uideam absq; his plerosq; sensus, aut absurdos esse, aut perniciosos, aut futiles, leues ac frigidos: cumq; constet CHRISTVM allegorijs usum, & Paulum aliquot ueteris instrumenti locos per allegoriam interpretari: ita non possum non improbare quorundam ineptum allegorismum, qui fingunt, quod explicent allegoria. Viator fessus insedit tergo ingentis draconis, arboris truncum esse ratus: is excitatus deuorauit miserum. Viator est homo: draco, mundus, qui sibi innitentes perdit. Satis est ea, quæ reperiuntur in sacris libris, ad allegoriam accommodare, si res ita postulet, ut ipsi nihil affingamus. Audiui quendam theologum Parisiensem, qui de filio prodigo parabolam, in quadraginta dies protraxit: effingens iter abeuntis ac redeuntis, quasi nunc in diuersorio uesceretur artocrea, è linguis confecta, nunc præteriret molam aquatilem, nunc aliud atque aliud ageret: & ad eiusmodi confictas nænias, Prophetarum & Euangeliorum uerba detorquebat. Atq; interim imperitæ multitudini, & crassulis magnatibus deus esse uidebatur. Nec sine causa ridet Hieronymus eos, qui Poëtarum fabulas ad CHRISTVM detorquent: nisi si quid ad mores commode deflectetur: ueluti fabula Protei in inconstantes, Phaëtontis in temerarios, Tantali in auaros & parcos, Midæ in diuites stolidos, Danaës in ius pecunia corruptum, Ixionis & Danaidum in frustra laborantes. Quandoquidem dubium non est, quin ueteres in hunc usum pleraq; commenti sint. Nullum autem familiarius docendi genus, nec efficacius, quàm per similium collationem. ea CHRISTVS à rebus uulgarissimis sumit, qui suam doctrinam quàm maxime popularem esse uoluit. Quis enim non uidit iaci semen in terram? quis non conspexit piscatores, iacientes retia? quis nescit palmites amputatos exarescere? Atq; hæc uulgata mire nouat, ad suam philosophiam accommodans. De Scotidarum subtilitatibus, paucorum est disserere, in his promptum est quibuslibet philosophari. Vides exorientem solem, exhilararis: quid uoluptatis sensurus, si cordis oculis exoriatur sol ille iusticiæ? Molesta res est morbus corporis, quanto molestior animi morbus? Horres contagium pestis corporalis, multo magis uitanda morum pestilentium contagio. Res elegans tibi uidetur, hortus omni florum & arborum genere uernans: quale spectaculum animus innocentia uirens, ac uirtutum omni genere exuberans? Vides serpentem, habes exemplum Christianæ prudentiæ. uides columbam, habes imaginem Christianæ simplicitatis. uides ceruum, habes symbolum, admonens auide sectandas diuinas literas. uides agnum, habes typum innoxiæ mansuetudinis. urget hyems, admoneris ut in rebus aduersis, fortunæ melioris expectatione te sustineas. blanditur æstas, admoneris ut te præpares ad uenturas erumnas. grauis est senectus, aspiras ad immortalitatem. grata est iuuentus, admoneris ut uenturæ senectuti, uirtutū & eruditionis pares præsidia. Ita quicquid hic uisibilis mūdus offert oculis corporeis, eius ideam reperies in rebus animi. Cæterum quibus ex fontibus petendæ sint allegoriæ, partim explicat Dionysius in opere, cui titulum fecit, De diuinis nominibus: partim Augustinus libro De doctrina Christiana tertio: propositis & explicatis septem

Ticonij regulis,aliquanto plus honoris habens,primũ infanti,deinde hæretico,q̃ nos habeamus ſcriptoribus quibuſdam orthodoxis.Fortaſſis & à nobis nonnihil confertur,ſi quando uacabit abſolui libellum,olim cœptum, de Theologicis allegorijs. Interim unum illud addam,non ſatis eſſe circunſpicere,quomodo iuxta ſenſum hiſtoricũ,ſimplex eſt: quomodo iuxta tropologicum, qui ad mores & uitam cõmunem pertinet,quomodo iuxta allegoricum,qui capitis ac totius corporis myſtici tractat arcana, quomodo iuxta anagogicum, qui cœleſtem attingit hierarchiam,diuerſis in rebus uaric reluceat æterna ueritas(nam ad hunc modum uideo quoſdam diuidere)uerumetiam cõſyderandum erit in ſingulis horum,qui gradus ſint, quæ differentiæ, quæ tractandi ratio: quot modis tractet Origenes Abraham à deo tentatũ,& in hiſtoria uerſans, quos tamen locos inuenerit. ut ne dicam interim,quod typus pro uarietate rerum,ad quas accommodatur, pro diuerſitate temporũ uelut aliam accipit figuram: ſicut porcorum ſiliquæ, quibus perditus ille filius cupit explere uentrẽ famelicum:ad opes,ad uoluptates,ad honores,ad mundanam eruditionem poſſunt accõmodari: & tamẽ adhuc uerſaris in Tropologia. Quin tota parabola poteſt ad Iudæorũ populum,ac gentes illius temporis applicari. Gentes reſipiſcunt & recipiuntur, obmurmurant Iudæi: placat utroſq; pater cõmunis.Iam ex perſonarũ,quibus accõmodatur parabola,temporumq; uarietate,noua penè facies ſermonis naſcitur.qua de re nõnihil attigimus in ſuperioribus. Porrò in tractandis allegorijs, feliciſſimus artifex eſt Origenes, ſedulus magis q̃ felix Ambroſius,ſi quis forſitan requirit exemplum, quod imitetur:

Allegoriæ Theologicæ.

Citatio. Quin & illud in primis admonendus eſt theologiæ candidatus, ut appoſite citare condiſcat ſacræ ſcripturæ teſtimonia,nõ è ſummulis,aut elenchis, aut ſordidis conciunculis,aut alijs id genus collectaneis, iam ſexcenties aliunde aliò confuſis ac refuſis: ſed ex ipſis fontibus. Nec imitetur quoſdam, quos non pudet oracula diuinæ ſapientiæ uiolente detorquere ad alienos ſenſus, aliquoties & ad contrarios. id ne fiat, prima ſit cura, librorum omnium ueteris nouiq; teſtamenti ſententiam ex priſcis illis interpretibus perdiſcere. Audiui quoſdam in palæſtris Sorbonicis non uulgariter exercitatos,qui in frequentiſſima concione multa philoſophabantur,non intellecto themate,quod ex more propoſuerant,ne ad literam quidem,ut uocant: magnoq; pudore doctorum hominum tumultuabantur, extra oleas, ut eſt in prouerbijs,currentes.Sunt qui ſecum adferunt ſua decreta,& uulgaribus opinionibus infecti,his ſeruire cogunt arcanam ſcripturam,cum ex hac potius petenda ſint animi decreta. Quod eleganter admonet Hilarius libro De trinitate primo,cui optimus diuinorum uoluminũ lector eſt,qui dictorũ intelligentiam expectet ex dictis potius q̃ imponat,& retulerit magis q̃ attulerit:neq; cogat id uideri dictis contineri,quod ante lectionem præſumpſerit intelligendum. Sunt qui eam ad publicos affectus ac mores pertrahunt: & cum huius regulæ ſeruire conueniat, quicquid oporteat fieri:huius patrocinio tuentur id,quod uulgo fit. Iam eſt occultius quidem,ſed hoc ipſo nocentius deprauandi genus,cum abutentes diuinæ ſcripturæ uocabulis, eccleſiam, quæ CHRISTI corpus eſt, interpretamur ſacerdotes: mundum,

Eccleſia.

mundum, quo uocabulo mali affectus designantur, interpretamur laicos Christianos, perinde quasi hi ad ecclesiam non pertineant: interim quod de Christianis omnibus est dictum, proprie monachis accõmodantes: cum quod de cultu diuino dictum est, ad solas ceremonias deflectimus: quod de sacerdotis officio, ad solas preculas utcunque dictas trahimus. Proinde qui recte uolet uti scripturis, non sat habeat, quatuor aut quinq; decerpsisse uerbula: quin potius circunspiciat, unde natum sit, quod dicitur. Frequenter enim huius aut illius loci sensus ex superioribus pendet. Perpendat, à quo dicatur, cui dicatur, quo tempore, qua occasione, quibus uerbis, quo animo, quid præcesserit, quid consequatur. Quandoquidem ex hisce rebus expensis collectisq; deprehenditur, quid sibi uelit, quod dictum est. Mundus.

In his hæc quoq; seruanda regula, ut sensus, quẽ ex obscuris uerbis elicimus, respondeat ad orbẽ illum doctrinæ Christianæ, respõdeat ad illius uitam, deniq; respondeat ad æquitatẽ naturalem. Quidam impudẽter scripturam diuinã trahunt ad sensum alienissimum, uelut is, qui quod dictum est de tentoriis hostium, apud Abacuc: Turbabuntur pelles terræ Madian: detorsit ad Bartholomæum excoriatum, quod habet historia, licet ea, fide careat. aut is quod habetur in libro Iudith: Gyrantes uallem, uenerunt ad portam: stultissime deflexit ad argumẽta quatuor librorum Petri Lombardi, qui scripsit sententias theologicas. Sunt qui ludant uerbis scripturæ diuinæ, ac ueluti fit in centonibus Poëtarum, ad alienum sensum, ceu per iocum abutuntur. Quod aliquoties facit diuus Bernardus, uenuste magis, q̃ grauiter, meo quidem iudicio. Sic enim imbiberat uir ille præclarus sacras literas, ut nusquam non occurrarent. Nam quod hodie quidam, siquando festiui studeant uideri, uerba mystica deprauant ad iocos scurriles, nõ solum indoctum est, uerum etiam impium, & supplicio dignum. Impingit hoc Hieronymus Origeni, quod aliquoties uim faciat scripturis, opinor, ut nos prorsus abducat à litera, plerunq; sterili. Quin potius nemo fermè ueterum non alicubi torquet, quoties cum aduersario dimicat: atq; ipse etiam Hieronymus: quod non uno in loco propemodum fatetur. In his igitur cautius obseruandum, num qua uis facta sit uerbis sacris: nisi si quis fas esse putat id facere, quoties capiendus est hostis, aut à uitijs deterrendus infirmorũ animus. Mihi uidetur rectissimum, ut caste, ut opportune sacris uerbis utamur. Si primum curaris, ut id facias q̃optime, postea fiet, ut & facile facias. Id cum ubiq; præstari uelim, maxime tamen præstare conuenit, ubi res est cum aduersarijs nostræ religionis: aut ubi refellitur falsitas, & asseritur ueritas, aut ubi mysticæ scripturæ sensus enarratur. Fit enim alioqui, ut non solum non euincamus, quod astruimus, uerumetiam risui simus aduersario. & tamen mea sententia nusquam magis peccatum est à ueteribus. Huius generis arbitror, quod Ambrosius libro De spiritu sancto secundo, capite sexto, ex loco qui est apud Paulum in epistola ad Philippenses capite tertio: Qui spiritu seruimus deo: ratiocinatur aduersus Arrianos, spiritum sanctum aperte deum dici, connectens has duas uoces πνεύματι & θεῷ, cum Græco sermone magis exprimatur sensus diuersus, uidelicet nos colere deum non corporeis uictimis ac ceremonijs, sed spiritu: præsertim Bernardus.

cum

cum ſpiritui non addatur ſuus articulus. Præterea quod Beda ex mulierculæ Cananææ uerbis: Miſerere mei domine fili Dauid: colligit, illam perfecta fide & deum credidiſſe CHRISTVM & hominem. quod id temporis, opinor, nec ipſos Apoſtolos credidiſſe. quaſi deum agnoſcat, quiſquis domini nomine compellet, aut quaſi ſubſidium huiuſmodi nō ſoleat & à ſanctis uiris peti. Rurſum quod Auguſtinus uerba Baptiſtæ, quæ leguntᵉ apud Ioannē cap. primo: Et ego neſciebam eum: abunde efficax telum arbitratur ad fundendas uniuerſas Donatiſtarū phalanges, interpretans, unum hoc eatenus latuiſſe Ioannē, quod CHRISTVS autoritatem baptiſmi ſibi ꝓprie ſeruaſſet, cum cætera noſſet oᵐ̃ia: neqꝫ eᵐ̃ CHRISTVS magis autor eſt baptiſmi, cꝫ ordinis: & tamē ab hæretico cōſecratus epiſcopus, reconſecratur: ut interim donemus uerum eſſe ſenſum, quem inducit Auguſtinus.

Quod nunc dicturus ſum, haud ſcio an uel præcipuam allaturum ſit utilitatem, ſi quis dextre præſtiterit: id eſt, huiuſmodi, ut locos aliquot theologicos aut tibi pares ipſe, aut ab alio quopiam traditos, accipias: ad quos oᵐ̃ia quæ legeris, uelut in nidulos quoſdam digeras, quo promptius ſit, ubi uidebitur, quod uoles uel promere, uel recondere: uelut (ut exempli cauſa rem notem) de fide, de ieiunio, de ferendis malis, de ſubleuandis infirmis, de ferendis impijs magiſtratibus, de uitando ſimplicium offendiculo, de ſtudio ſacrarum literarum, de pietate erga parentes, aut liberos, de Chriſtiana charitate, de honorandis primatibus, de liuore, de obtrectatione, de caſtimonia, atque alijs id genus: nam innumerabiles fingi poſſunt. His in ordinem compoſitis, iuxta rerum pugnantiam, aut affinitatem (ut in Copia quoqꝫ noſtra quondam indicauimus) quicquid uſquam inſigne eſt, in omnibus ueteris inſtrumenti libris, in Euangelijs, in Actis, in literis Apoſtolorum, quod uel conueniat, uel diſſonet, ad hos erit redigendum. Quod ſi cui uiſum erit, poterit ex antiquis interpretibus: poſtremo uel ex Ethnicorum libris huc conferre, quod uſui futurum exiſtimarit. Hac uſum fuiſſe ratione diuum Hieronymum, ex ipſius ſcriptis mihi propemodum uideor animaduertere. Siue quid erit diſſerendum, aderit ad manum parata ſupellex: ſiue quid explicandum, facilis erit locorum collatio. Quandoquidem hæc non Origeni tantum, ſed & Auguſtino optima ratio eſt interpretandi diuinas literas, ſi locum obſcurum ex aliorum locorum collatione reddamus illuſtrem: & myſticam ſcripturam myſtica, ſacra ſacram exponat. Atque hiſce iam rebus inſtructus, iugi meditatione uerſetur in diuinis literis, has nocturna curet uerſare manu, uerſare diurna, has ſemper in manibus, ſemper habeat in ſinu, ex his ſemper aliquid aut auribus inſtrepat, aut oculis occurrat, aut animo obuerſetur. In naturam ibit, quod uſu perpetuo fuerit infixum.

Loci theologici.

Nec mea ſententia fuerit inconſultum, diuinos libros ad uerbum ediſcere, uel nō intellectos, autore Auguſtino: quod equidem ſic interpretor, etiam ſi ſenſum myſticum nondum percipias. Nam facere, quod apud monachos aliquot fieri uidemus, nec aliter ediſcere pſalmos, quàm pſitacus ediſcit uoces humanas, plus habet tædij quàm fructus. Neqꝫ enim facilius tantum ac tenacius inhæreſcunt memoriæ, quæ intelligimus, uerumetiam maiore cum utilitate. Id primum fieri uelim in noui teſtamenti

De ediſcendo.

teſtamenti uoluminibus,quæ tanto præſentius faciunt ad noſtram profeſſionem, ut hodie uel ſola ſufficere poſſint,nimirum uulgata iam,& animis omnium infixa CHRISTI doctrina.Nam olim Iudæis ad fidem adducendis, neceſſario erat adhibenda ueteris autoritas inſtrumenti: nunc nobis cum Iudæis minimum eſt negocij,& apud alios non eſt eadem autoritas libris Hebræorũ.Etiamſi non negem, plurimam ex illis utilitatem capi: ſi quis adhibitis allegorijs, uel ad CHRISTVM, in illis adumbratum,uel ad mores accommodet: atq; id ſi non immodice,ſed carptim fiat.Sunt enim,quæ uerbatim ad allegoriam trahere,frigidum ſit, quod admixta ſint multa: non ut ſignificent aliquid, ſed ut tenor ac ſeries hiſtoriæ conſtet. Sit igitur apud nos primus honos nouo teſtamento,per quod Chriſtiani ſumus, & ubi CHRISTVS nobis multo expreſſius quàm in uetere depingitur:proximus ueteri,& in hoc his libris,qui cum nouo maxime conſentiunt, quales ſunt Eſaiæ libri.Quanquàm ſi diſpoſitis,ut dixi,locis,frequenter Paulinas epiſtolas cum Euangelijs,& cum utriſque conferas Eſaiam,reliquaq; ueteris teſtamenti loca: futurum eſt,ut hæc ſuapte ſponte inhæreſcant & inſideant memoriæ.Quod ſi quos deterret hic labor,illud quæſo ſecum cogitet,qui conueniat, ut theologus futurus ſophiſticas præceptiunculas ediſcat, ediſcat qualeſcũq; in Ariſtotelem cõmẽtarios,aut etiã paraphraſim,ediſcat Scoti concluſiones,quas uocant,& argumẽta: & idem operæ grauetur dare libris diuinis, ex quorum fontibus uniuerſa ſcatet theologia, quæ modo uere ſit theologia.At quanto ſatius eſt,ſemel hoc laboris(nec enim dixerim tædij)deuorare,quàm ſemper recurrentibus in orbem laboribus,quoties tractandum aut citandum erit aliquid,ad dictionarios, ſummulas, & indices confugere? ueluti faciunt mei ſimiles quidam, qui cum domi nihil habeant ſupellectilis,quoties opus eſt cantaro aut patella,à uicino petunt utendam.At recte monet ſapiens ille, ut aquam de tua bibas ciſterna, & adeo non ſit neceſſe aliunde rogare, ut tu potius de tuo fonte deriues in alios. Quin igitur omiſſis confuſis iſtis formularijs, & impuris ſummulariorũ lacunis, tuum ipſius pectus bibliothecam facito CHRISTI,ex eo uelut è penuario depromito prouidus paterfamilias ſeu noua,ſeu uetera,utcunq; poſtulabit res.Longe uiuidius penetrant in animos auditorum, quæ è tuo pectore ceu uiua prodeunt,quàm quæ ex aliorum farragine ſubleguntur.

Nonum teſtamentum.

Atq; inter hæc roget aliquis,quid tu,num adeo facilem & expoſitam iudicas ſcripturam diuinam,ut abſq; cõmentarijs poſſit intelligi? Quid ni poſſit,aliquò uſq;, prius cognitis dogmatibus,& hac qua dixi collatione locorum adhibita? Alioqui quid aliud ſecuti ſunt,qui principes in hanc commentarios ædiderunt? inter quos præcipuus eſt Origenes,ſic hanc Venerem exorſus, ut nemo poſt illum auſit manus apponere? Quid autem uetet alios eôdem peruenire, quò peruenerunt illi, ſi eadem ingrediantur uia? Non hæc dico,quod cuiq; autor eſſe uelim, ut præteritis ueterum cõmentarijs,diuinæ ſcripturæ ſciẽtiam ſibi uindicet,aut etiã uenetur. Imò partem laboris adimat nobis ueterũ labor,adiuuemur illorũ commentarijs,dummodo primum ex his deligamus optimos,uelut Origenem, qui ſic eſt primus, ut nemo cum illo conferri poſſit: poſt hunc,Baſilium, Nazianzenum,Athanaſium, Cytillum,

De commentarijs.

Origenes. Baſilius. Nazianzenus Athanaſius.

Cyrillus. Chryſoſtomꝰ Hieronymus. Ambroſius. Hilarius. Auguſtinus.

Cyrillum, Chryſoſtomum, Hieronymum, Ambroſium, Hilarium, Auguſtinum: deinde ut hos ipſos cum iudicio delectuq; legamus, etiamſi reuerenter legi uolo. Homines erant, quædam ignorabant, in nonnullis hallucinati ſunt, dormitarunt alicubi, nonnulla dederunt utcunq; uincendis hæreticis, quorum contentionibus tunc feruebant omnia. Præterea uix quiſquàm eſt horum, cuius falſo titulo non permulta circumferantur: atq; adeo quod eſt impudentius, cuius libris non multa permixta ſint aliena, id quod in Hieronymo certe palàm arguimus, & in Auguſtino forſitan arguemus. Nec ita multum negocij fuerit idem facere in cæteris, hoc eſt, in Origine, in Ambroſio, in Chryſoſtomo. Quod ni hic quoq; fuerit oculatus lector, periculum eſt, ne impoſtoris aut nebulonis ſomnium, pro Hieronymi aut Ambroſij oraculo amplectatur. Sic enim hodie quidam τὸν ἥλιον ὑπερφρονοῦντες, περαίνονται: Sic ait Hieronymus in quodam ſermone, ſic Auguſtinus in quadam homilia ad fratres heremitas: perinde quaſi de tripode pronunciarent oraculum.

Delectus autorum & operum.

Sit igitur delectus non ſolum autorum, uerumetiam operum. Et in autoribus nõ hoc modo diſcrimẽ eſt, quod Græci præcellunt Latinos, quod ueteres recentiores: uerumetiam quod in ſingulis etiam generibus alius ſit alio præſtantior. In operibus cauendum, ne nothum & ſuppoſititium pro germano ueróque amplectaris. Proinde quandoquidem in tanta librorum multitudine, & in tanta ætatis fugacitate, non uacat euoluere omnia, ſupereſt, ut primum legamus optima. Quorſum

Coacervatores.

attinet in hiſce neotericis coaceruatoribus uerius, q̃ interpretibus, bonas horas haud bene collocare? in quibus primum q̃ multa ſunt, quæ tibi poſtea ſint maiore negocio dediſcenda? Deinde ſi quid ineſt recti, id ex ueteribus hauſtum comperies, ſed mutilum ferè ac decurtatum: quod ob linguarũ & rerum inſcitiam multa, & haud ſcio an optima, quoniam nõ aſſequebantur, coacti ſunt prætermittere. Quid, quod bona pars iſtorum, ne decerpit quidem ab illis, ſed à ſæpius collectis ac tranſfuſis collectaneis, uelut è decima lacuna, ſuffuratur, ut penè nihil reſipiant ſui fontis? Deinde ne nihil de ſuo addidiſſe uideat, aſpergit aliquid ſuorũ ſomniorum, aut è ſordido quopiam, & pridie nato autore admiſcet, quaſi cum multa iura confundit cocus: ut inquit Plautus. Poſtremo, ut eadem doceant cum priſcis, q̃ frigent apud hos ſordéntque omnia, ob ſermonis infantiſſimam balbutiem? At Hieronymus ita delicijs omnia condit ac locupletat, ut cum aberrat à uero, aut à re digreditur, tamen plus bonæ rei doceat, quàm iſti, cum uere rem tradunt. Vt ne dicam interim, quod omnino tales ipſi reddimur, cuiuſmodi ſunt autores, in quibus aſſidue uerſamur. Neq; enim perinde ciborum qualitas tranſit in corporis habitum, ut lectio in animum ac mores legentis. Si in ieiunis & frigidis, in fucatis, in ſpinoſis ac rixoſis ſcriptoribus aſſidui ſimus, tales euadamus oportet: ſin in his, qui uere ſapiunt CHRISTVM, qui ardent, qui uiuunt aguntq;, qui ueram pietatem & docent & præſtant: hos ſaltem aliqua ex parte referemus. At dices, ſi nihil acceſſerit, parum inſtructus fuero ad palæſtram ſcholaſticam. Neque uero nos pugilem inſtituimus, ſed theologum, & eum theologum, qui quod profitetur, malit exprimere uita quàm ſyllogiſmis. Nec eſt quod tibi tantopere diſpliceas, ſi inter iſtos

parum

parum theologus habearis: cum inter eosdem ne Hieronymus quidē ipse sit habi turus quod respōdeat, ac fortasse nec ipse Paulus. In culpa est nō ipsa Theologia, quæ non sic nata est: sed quorundam tractatio, qui totam illam ad dialecticorum argutias, & Aristotelicam philosophiam detraxerunt: ut illic non paulo plus sit philosophiæ quàm theologiæ. Atqui fieri potest, ut rhetor aliquis, aut arithmeticus, aut musicus sic eandem tractet, ut nemo iam sit intellecturus, nisi qui prius artium illarum uim omnem cognitam habeat. Quid autem necesse est, ad omnes omnium quæstiunculas certa respondere Thelogum? quarum neque numerus est ullus, neque modus, neque finis: dum hydræ in morem, pro una recisa, sexcentæ repullulant? Sunt quæ parum pium sit inuestigare, sunt quæ citra salutis dispendium possunt nesciri: sunt de quibus eruditius sit ambigere, & cum Academicis ἐπέχειν, quàm pronunciare. Quis enim fructus si mē torqueam, an deus creare possit hominem ἀναμάρτητον? an deus aliquo ab ipso distincto sit unus? An possit respectum producere sine fundamento & termino? an anima CHRISTI potuerit falli aut mentiri? an hæc propositio, deus est scarabeus, æque possibilis sit, atque hæc, deus est homo? Dictum est, scrutamini scripturas, non ut semper dubitemus, sed ut dubitare desinamus. Non quod hoc exercitationis genus in totū damnem: sunt & in neotericorum libris multa digna cognitu: sed ea per ætatem modice degustentur, sobrie castéque tractentur. Nam hoc studiorum genus olim apud Theologos prorsus incognitum fuit: deinde posteaquam irrepsit, ut ferè fit in rebus humanis, paulatim in immensum increuit. Vnde cœpit in aliquot iam Academijs parcius ac moderatius adhiberi, uelut apud Anglos in Cantabrigiensi, apud Brabantos in Louaniensi. Nec ideo minus florent hæc studia, sed uerius florent. Quale uero spectaculum est, theologum octogenarium nihil aliud sapere, quàm mera sophismata? Nam huiusmodi non paucos uidimus olim Lutetiæ, quibus si quid depromendum fuisset ex Paulo, uidebantur sibi prorsus in alium mundum translati. Proinde si cui contigit tanta ingenij uis, ut utrunque studiorum genus complecti possit, eat sanè per nos, eat quò illum sua uirtus uocat, eat pede fausto. Sed ab ijs tamen, quæ nos prætulimus, incipiendum: his maiorem ac meliorem uitæ partem impertiendam, censeo. Quod si alterutrum sit deserendum, non possum non fateri, quod uerissimum est: malim in hoc latus defectere. Præstat, paulo minus esse sophistam, quàm minus sapere in Euangelicis & Apostolicis literis. Satius est, ignorare quædam Aristotelis dogmata, quàm nescire CHRISTI decreta. Denique malim cum Chrysostomo pius esse Theologus, quàm cum Scoto esse inuictus. Illud certe negari non potest, per ueteres illos illustratam ac defensam CHRISTI doctrinam, quos ita demum patiar antiquari, si constet, horū argutissimis argutijs & subtilissimis subtilitatibus uel unum Ethnicum conuersum ad CHRISTI fidem, uel unum reuictum ac mutatum hæreticum. Nam quod hodie pauciores sunt, aut certe extant hæreses: id, si uerum fateri uolumus, fasciculis debemus uerius, quàm syllogismis. Quis enim omnino nodus dialectica subtilitate necti potest, qui non eadē subtilitate dissoluatur, si liberū

sit utrisq;,quod uoluerint,assumere? Quis uero fructus,si nectas, quod explicare non potest,qui tamen non assentitur,imò aliquoties ne is quidem qui nectit? Sed simplices illæ literæ,ueritate non arguta efficaces,totius orbis populos,pauculis annis innouare potuerunt. Verum missam faciamus studiorũ collationem. sit in his suum cuiq; pulchrum,& ut Paulinis uerbis utar:in suo quisq; sensu abundet. Cui placẽt scholasticæ conflictationes,sequatur suo quidem arbitratu, quod in scholis receptum:modo ne solum hoc agat,modo ne nimium diu. Nam uidi complures, qui iam semicani, cum prisca illa theologia conati sunt redire in gratiam, sed parũ feliciter successit conatus,nimium serus. At si quis magis cupit instructus esse ad pietatem quàm ad disputationem,statim ac potissimum uersetur in his scriptoribus, qui proxime biberunt de fontibus. Si quid extiterit dubitationis, in his quæ pertinent ad pietatem,non deerit integro prudentiq; uiro, quod è diuinis oraculis salubriter respondeat. Habet Paulus fidele consilium,ubi domini præceptum non habet. Quod diminutum erit in syllogismis, id pensabit sancta ad deum precatio. Deniq; satis inuictus fueris Theologus,si nulli succumbas uitio,nullis cedas cupiditatibus,etiamsi à contentiosa disputatione discesseris inferior. Abunde magnus doctor est,qui pure docet CHRISTVM. Si turpe ducunt,nescire quid definiat Scotus,turpius est,nescire quid decernat CHRISTVS. Si parum theologicum est,non assequi quæ scripsit Durandus,minus theologicũ est, nõ assequi quæ scripsit Paulus. A diuinis oraculis nomen habet Theologus,non ab humanis opinionibus. Et bona theologiæ pars afflatus est,qui non contingit, nisi moribus purgatissimis.

RATIONIS SEV COMPENDII VERAE THEOLOGIAE, PER DES. ERASMVM ROTERODAMVM, FINIS.

DES. ERASMI ROTERODAMI APOLOGIA.

IAM ut paucis occurram Apologia,reclamaturis, Paulus apostolus, referente Luca, fortunatum sese prædicat, quod apud Agrippam pro se causam dicturus esset, cui propter diutinam cum Iudæis consuetudinem, res omnes in quibus uertebatur quæstio, maxime cognitæ compertæq; essent. Atq; utinam eodem nomine mihi quoque gratulari possim, qui planè diuersum quiddam usu uenit atque Paulo. Nam ne opus quidem est nobis Apologia, nisi apud istos, qui totum hoc negocium,de quo controuersia est,non intelligunt:nec prorsum aliam ob causam

ſam calumniantur,niſi quod nō intelligant.Siquidem apud eos qui Latinas, Græcas, & Hebraicas literas uel ad mediocritatem deguſtarunt, qui ſerio in ueſtigandis diuinæ ſcripturæ myſteriſs,qui feliciter ac diligenter in uetuſtis illis, ac non minus ueris quàm uetuſtis Theologis uerſati ſunt, nihil addubito, quin magnam initurus ſim gratiam,etiam ſi quod conatus ſum,parum aſſecutus fuero. Proinde mire fiet,ut quibus hac opera noſtra non magnopere ſit opus,quiq; ſoli damnare quædam poſſint,quod ob bonoram peritiam literarum poſſint iudicare,ij non ſolum comprobent ſuo ſuffragio noſtram induſtriam, uerumetiam gratiam haud uulgarem habeant. Contra qui hiſce de rebus nullo modo poſſunt ferte ſententiam, & hoc magis egent huius laboris ſubſidio, quo longius abſunt à bonis literis,ij non ſolum non amplectentur opus ipſorum paratum uſui,uerum etiam obſtrepent, calumniabuntur,damnabunt: quorum alterum extremæ cuiuſdam ingratitudinis eſſe uidetur,alterum inſignis impudentiæ. Quid enim fingi poteſt impudentius, quàm damnare librum quem ne legeris quidem, tum eiuſmodi, ut ſi maxime legas, tamen abſque linguarum peritia pronunciare de eo non poſſis? Qnid autem ingratius, quàm pro tam immenſis ſudoribus uigilijsq; , quas tantum iuuandi animo ſuſceperis,& quibus nulla par gratia referri queat, rependi calumniam, idq; potiſſimum ab ijs, ad quos potiſſimum operis utilitas ſit reditura? Cum ubique fœda eſt ingratitudo,tum in nullos æque par eſt gratos eſſe, atque in eos qui diſpendio rei pecuniariæ, iactura uoluptatum,nonnullo etiam ualetudinis ac uitæ ſuæ detrimento,in hoc totis uiribus incumbunt,ut ingenij ſui monumentis orbi conſulant. Verum haud ſcio an uſquam ingratius reperias mortalium ingenium,nec aliâs eſſe uerius arbitror,quod non minus eleganter quàm grauiter dictum eſt à Seneca, Tutius eſſe, quoſdam offendiſſe quàm demeruiſſe. Nihil æque perit,atque id quod confertur in ingratos. At magis perit officium, mea quidem ſententia, quod in eos collocatur, qui non intelligunt officium, & minus redit ab ijs qui non cognoſcunt meritum,quàm qui non agnoſcunt. Nam ij tametſi diſſimulant,tamen apud ſe ſunt obnoxij, nonnunq; pudore coguntur agnoſcere. Denique ſpes eſt fore, ut aliquando reſipiſcant. Illi quod eſt beneficium,iniuriam interpretantur & officio adiuti in ius uocant benemerētem. Theologorum in primis eſt,non ſolum gratitudinem præſtare, uerum etiam candorem & manſuetudinem. Et Theologis potiſſimum hic meus deſudauit labor,atque his Theologis, quibus aut nō uacauit, aut nō contigit,eas diſcere literas,ſine quibus diuina ſcriptura penitus intelligi non poſſit. Horum adiuuandis ſtudijs,noſtrum impendimus ſtudium, ut quod illis ſua fortuna negauit, id noſtra ſuppeditaret induſtria. Et tamen ſi qui reclamaturi ſunt,ex hoc grege prodituros auguror. Amplectuntur medici, non aſpernantur iureconſulti, recipiunt philoſophi, ſi quid ad illorum profeſſionem inſtaurandam conducit. Soli Theologi pertinaciter reclamamus, & ipſi noſtris inuidemus bonis. Sanè permoleſtum eſt, pro benigne collato beneficio nullam recipere gratiam. Moleſtius ab ijs de quibus benemereri ſtudeas,calumniam præmij loco reportare,& à quibus tuo iure poteris exigere debitā

Docti,qui poſſent ob peritiam carpere, probant.

Indocti,qui iudicio carent, damnant.

Impudentia.

Ingratitudo.

Quibus potiſſimum debeatur gratitudo.

γνώμη.

Non cognoſcētes meritū, nō agnoſcētibus ingratiores.

Theologi quales.

Eraſmi labor Theologis deſudauit

gratiam,his actoribus iniuriæ causam dicere. Seneca summum liberalitatis genus esse putat, ac diuinæ beneficentiæ proximum, si quis non tantum gratuito profit, uerum etiam sciens perdat beneficium. At mihi uideor hoc quoq; superaturus, si de his quoque pergam benemereri,qui beneficium iniuria retaliant. Et quemadmodum fidi medici, reclamantibus etiam & conuiciantibus ægrotis,tamen pergunt subuenire, ita nos hoc quoq; uelut auctario beneficium nostrum cumulabimus,ut beneficium quod accipiunt intelligant. Primum igitur etiam atque etiam adhortor omnes Theologos,ut quibus per ætatem aut occupationes uacat, Græcas degustent literas, & item Hebræas,si liceat; In ipsis arcanæ scripturæ fontibus diligenter philosophentur,ueteres Theologos,quos & eruditio commendat & uitæ sanctimonia,iugiter euoluant. Deinde nostra si uolent conferant & expẽdant. atq; ita probent si quid recte monuimus,emẽdent amice,si quid ut homines aberrauimus à uero, & minus assecuti sumus, quod sedulo sumus secuti. Quod si impetro causam,uici,pro accusatoribus habiturus patronos. Cæterum à quibus hoc non impetro,saltem illud mihi uel precario donent, ut credant, me simplici pióq; iuuandi studio quicquid hoc laboris est suscepisse. Quod si parum alicubi successit,error est,non scelus:& corrigi mereor,incessi non mereor. Nihil em̃ magis agnosco,quàm me nihil scire. Profiteantur alij quantumlibet ingentia. Ego pro mea tenuitate nihil profitens,præsto tamẽ quod licet,paratissimus ad palinodiam,si cubi more hominum lapsus sim,ipse quoque mihi censor futurus,simul atq; deprehendero. Cæterum diuus Hieronymus non fert reprehensorem, qui damnare possit, docere non possit. Quorum illud tyrannicum est,hoc amicum & eruditum. Iam illud quemadmodum extra controuersiam est apud eruditos, ita indoctis etiam, multorum libris persuasum esse reor, hanc noui testamenti æditionem Hieronymi non esse. Tametsi nos,nec hanc,qualiscunq; est, aut cuiuscunq; est,neq; conuellimus ullo modo,neque calumniamur. Tantum restituimus,quæ temporum ac librariorum uitio fuerant deprauata,obiter indicatis & his,quæ uel ambigue,uel parum attente reddidit interpres (nam non recte, mihi religio est dicere, etiamsi id non ueritus est aliquot locis Hieronymus) idq; fecimus,neque leui quod dici solet brachio,neq; temere,sed primum ex canonum consilio, ad Græcæ originis fidem, examinatis exemplaribus Latinis, neque tamen fidentes paucis, aut quibuslibet. Laurentius Valla septem bonæ fidei codices se secutum fuisse testatur. Nos in prima recognitione quatuor Græcis adiuti sumus,in posteriore quinq;. Deinde consultis tum peruetustis tum emendatis aliquot Latinæ linguæ uoluminibus: nec hoc contenti,discussis & exploratis probatissimis autoribus, non oscitanter obseruauimus quid citarint,quid legerint,quid emendarint,quid interpretentur. Atque hisce rebus omnibus qua licuit uigilantia, certe, summa fide, collatis ac pensitatis, quod optimum iudicauimus,secuti sumus, & hac lege in medium contulimus, ut nihilo secius suo quisq; iudicio frueretur. Iam uero si qui uerentur, ne sacrarum literarum autoritas uocetur in dubium, si quid usquam uariauerit: hi sciant oportet, iam annos plus mille,neque Latinorum neque Græcorum exemplaria per omnia consensisse

Adhortatur theologos.
Linguæ.
Fontes arcanæ scripturæ.
Veteres theologi.
Erasmi simplex puumq; studium.
Damnare posse,docere non posse.
Vulgata noui testamẽti æditio, Hieronymi non est.
Quid egerit Erasmus.
Quid secutus.
Exemplariũ diuersitas tã apud Latinos q̃ Græcos.

consensisse. Id quod ne fieri quidem possit, nimirum in tanta librariorum, non solum turba, sed insciția, oscitantia, temeritate, Vt ne cõmemorem quàm multa mutata sint ab eruditulis, aut certe à parum attentis. Comperio quædam erasa aut inducta à factionibus, quarum tumultu quondam sursum ac deorsum miscebantur omnia, præsertim Oriens, dum quisq; pro suatum partium patrocinio scripturam uariat. Id certe factum non obscure compluribus in locis declarat Hieronymus. Quid autem accidit religioni Christianæ, quod tot iã seculis, aliud legit Hieronymus, aliud Cyprianus, aliud Hilarius, aliud Ambrosius, aliud Augustinus? Apud hos alicubi non modo diuersa comperies, sed & pugnantia, cum in summa Christianæ fidei cõsentiant. Quid facias, posteaquàm nec ipsa horum temporum æditio per omnia sibi consentit? Qua de re si quis dubitet, huic fidem fecerint codices typis etiam excusi, cum annotamentis marginalibus, & si id parum est, ex commentarijs diui Thomæ, ex commentarijs Lyrani, ex commẽtarijs Hugonis Carrensis intelliget. Quæso quid periculi consecutum est, quod sanctus Hieronymus uetus & nouum instrumẽtum mundo iam senescenti, ad Hebræam & Græcam ueritatem instaurauit? Reclamatum est tum à nonnullis, quibus ipse suis libris abunde satisfacit, nec ob aliud opinor reclamatum, nisi quod nescirent eas literas. At num hinc uel tantulum incommodi natum est Christianæ religioni? Augustinus fatetur ipsa codicum discordia, se non mediocriter adiutum fuisse, dum quod hic parum apte dixerat, alter clarius ac rectius efferret, id quod uel fortuito fieri necesse est. Quid decessit euangeliorum maiestati, quod ea Iuuencus heroicis uersibus inclusserit? Quid accepit incommodi scriptura diuina, quod eam ferè totam Aegidius Delphus noster, insignis Theologus elegiaco carmine nuper complexus est? Nos locos aliquot innouauimus, non tam ut elegantius redderemus, quàm ut dilucidius ac fidelius. Quid autem erat periculi, si paraphrasi totam orationem nouassemus? Quibus hæc placet æditio, quam ego nec damno, nec muto, huic sua manet æditio. Siquidem ea nostra castigatione non lædítur, sed redditur illustrior, purior, emendatior. Illa legatur in scholis, canatur in templis, citetur in concionibus. Illud ausim polliceri, quisquis hanc nostram domi legerit, suam rectius intellecturus est. Proinde si nihil offendit nisi nouitas, & illa iam uetus olim noua fuit, & hæc noua, si patiamur, olim uetus fuerit. Nimis imperiti est hominis, libros annorum æstimare numero, ac nõ potius ipsarum rerum iudicio. Optarim & ipse in sacris literis, nihil esse deprauatum, nihil dissidere. Atque id ut optare est in prodiui, ita nec fuit unquam, nec futurum est unquam. Iam quid attinet istos refellere, qui non minus indocte quàm impudenter solent uociferari, facinus esse non ferendum, ut quisq; corrigat Euangelia? O uocem uix auriga dignam, nedum Theologo? Fas est nebuloni cuiuis, Euangelij codices deprauare, & nefas erit quod deprauatum est restituere? præsertim homini, ne quid dicam insolentius, in hoc genere literarum, nec indiligenti, nec inexercitato, idq; tot Græcis ac Latinis uoluminibus, tot clarissimis autoribus in consilium ascitis? Mihi plurimis argumentis uehementer probabile est, uniuersum instrumentum nouum Græce scriptum fuisse

Varia uariorũ lectio.

Nouũ instrumentũ à Hieronymo olim instauratum.

Vtilitas è codicũ discordia

Iuuencus.

Aegidius Delphus.

Nouitas.

In eos qui negant esse fas ut quisq; euangelia corrigat

Instrumentũ nouũ Græce scriptum.

non Latine. Certe si quis excipiat Euangelium iuxta Matthæum, & unam ad Hebræos epistolam, de reliquo nulla controuersia est. Proinde qui mutare paret, quod scriptum fuit ab Apostolis & Euangelistis, in hunc iure damitent, quod corrigat Euangelia, non in eum qui iuxta Pontificum decreta ex Græcorum fontibus, ex sacrorum interpretum sententia syncera fide reponat, quod uel à scribis erat uitiatum, uel ab interprete parum apte redditum in Latinis codicibus, cum Græce scripserint Apostoli. Sed cur hæc pluribus ago? cum diuus Hieronymus compluribus epistolis huius causæ patronum agat, qui nec ipse, cum in re non ita dissimili laborasset, calumnia caruit. Cuius emendatio si extaret, aut non fuisset nobis hoc laboris capiundum, aut fuisset quod sequeremur. Itaque te quæso lector optime, cum occurret nouatum aliquid à nobis, ne protinus ad solitæ lectionis gustum ac saliuam reijcias, ac damnes, quasi necesse sit malum esse, quicquid diuersum est, simul & me fraudans mea laude, & te operis utilitate. Sed primum nostra conferto cum Græcis, quod quo promptius esset, illa è regione adiecimus: Expende num fidelius, num apertius, num significantius expressérim, quàm uetus interpres. Nec hic rursum protinus in ius trahant, si minus uerbum uerbo respondeat, id quod ut maxime coneris, ne fieri quidem potest. Si nefas esse ducunt, usquam à literis ac syllabis discedere, cur hic interpres passim id ausus est, aliquoties nulla nec adactus necessitate, nec inuitatus utilitate, sed uelut in re ludicra lasciuiens & oscitans? Quod si licet, ut certe licet, si me comperies sententias, maiori fide reddidisse quàm ille reddiderit, ne damna quod nouum est, sed amplectere quod est rectius. Iam si collatio tibi non satisfacit, ne continuo pronuncies. Consule nostras Annotationes, quæ fortasse tibi uel autoritate testium, uel rationibus adductis satisfacient. Fit interim, ut diuersa sit lectio, fit, ut ijsdem ex uerbis cõplures sensus accipi possint. Nos primum unicam duntaxat lectionem proponimus. Nec enim aliter poteramus. Cæterum in annotamentis uaria referimus, aut indicantes quid nobis optimum uideatur, aut tuo relinquentes arbitrio, quid sequi malis. Sunt in quibus nostra uulgata magis probatur ædi tio, aut Ambrosiana lectio, quàm Græci codices. Et tamen consentientibus omnibus Græcis exemplaribus, quoniam illa mutare non licuit, Latina accommodauimus, ne non responderent, cum in hoc ipsum adderentur. Cæterum id in scholīs discutimus. Comperio quædam apud illos addita ex more solenni, ueluti coronidem illam sic additam precationi dominicæ, quemadmodum apud nos in calce psalmorum adijcitur Gloria patri. Ea non resecuimus à contextu, sed tamen in commentariolis admonemus addita. Nam is error minus habet periculi, cũ quod frequenter comperio factum, ex alijs locis asscribit lector, quod in simili sententia deerat alibi. Attamen id quoq; curauimus admonere. Proinde non ita tradimus hanc lectionem, quasi certa indubitatâq; sint omnia, sed quod ex nostra emendatione, accedentibus annotamentis, non mediocriter adiuuandus sit lector uigilans & attentus. Inerunt permulta quæ ceu minutula friuolâq; contemnenda uidebuntur alicui. Verum qui conferet, qui expendet, qui tractabit & interpretabitur sacras

Lector confe/rat & expen/dat singula.

Interpres uul/gatæ ædītiõis

Annotatiões.

Addita.

Minutula nõ cõtemnẽda sa/cras tractanti literas.

literas

literas, is ipſe comperiet, in his minutulis non minimum eſſe utilitatis. Ad hæc facile mihi ueniam dabit, huiuſmodi minuta perſequuto, qui cogitarit ad huiuſmodi ſcrupos primi nominis autores impegiſſe, nonnunquam & pudendo errore lapſos eſſe, nimirum ipſum Hilarium, Auguſtinum, & inter recentiores doctiſſimum Thomam Aquinatem, ne iam cæteros commemorem. À quibus in hoc uerſanti negocio, nonnunquam diſſentire fuit neceſſe, quod quidem ut ſemper ingenue feci, ita nuſq; contumelioſe, ne in iſtos quidem procacior, quorum impudens temeritas, & inſolens inſcitia parum merebatur hanc ciuilitatem, in quos etiam ſi liberius inuectus fuiſſem, tamen apud eruditos omneis excuſaret me Plautinum illud, Quod dignis maledicitur, bene dictum eſt, non maledictum. Verum malui rationem habere quid me dignum eſſet, quàm quid iſti mererentur. Erat animus, iſtorum ineptias omnino diſſimulare, niſi libri paſſim manibus omnium tererentur, & oraculorum inſtar legerentur ac citarentur. Nec rurſus id à me factum eſt affectate, ſed obiter locis aliquot, quo poſthac minus illis fidant, qui quicquid apud huiuſmodi ſcriptores utcunque poſitum aut additum repererint, id alba, quod aiunt, amuſſi in ſuos conuerrerent cõmentarios: aut certe quibus autores iſti magni ſunt, intelligerent, ob harum rerum quas indicauimus ignorãtiam, magnos etiam autores turpiter ac pluſquã pueriliter hallucinatos eſſe. Alioqui ſi quicquid in horum uoluminibus uel rideri, uel improbari poterat, perſequi uoluiſſem, tum uere mihi inter manus nata fuiſſet ἰλιὰς κακῶν, ut eſt in Græcorum prouerbio, nec ad ea refellenda una ſuffecerat ilias. Cæteros autem, quos præter eruditionis commendationem ornat & uitæ ſanctimonia, tantum abeſt, ut inceſſam petulantius, ut ſæpenumero captatis etiam prætextibus, aut eleuem errorem, aut excuſem, aut tegam. Nec mihi ſuccenſere debent, ſi quid lapſus eſt Auguſtinus aut Thomas, cum res ipſa clarior eſt, quàm ut diſſimulari poſſit. Imputent inſcitiæ linguarum, aut ſi malint, imputent illorum ſeculis. E re ſtudioſorum erat, illa non omnino diſſimulare. Nõ quod me putem oculatiorem ſummis illis uiris, ſed quod alicubi fortaſſe fuerim attentior, & fortaſſe linguarum opibus inſtructior, certe quàm Aquinas, qui Latine tantum nouit. Quos omnes, ut ſemper ueri fuere ſtudioſiſſimi, magis propicios eſſe mihi confido, uel hoc nomine, quod illorum libros aliquanto reddiderim purgatiores. Quid minutius hypoſtigma? At tantula res hæreticum gignit ſenſum, quemadmodum docet Aurelius Auguſtinus libro de doctrina Chriſtiana tertio, exempli cauſa citans illud Ioannis: In principio erat uerbum apud deum, & deus erat. Et interpoſita diaſtola, ſequitur: Verbum hoc erat in principio apud deum. Hanc lectionem hæreticam appellat, uidelicet eorum, qui negabant uerbum dei, deum eſſe. Item illud quod eſt apud Paulum in epiſtola ad Rhomanos: Quis accuſabit aduerſus electos dei? Ab hoc loco quæ ſequuntur, niſi per interrogationem legantur, ſenſum non hæreticum modo, ſed prorſus blaſphemum efficiunt. Quaſi reſpondeas ad ſuperiora, Deus qui iuſtificat. Deinde, quis eſt qui condemnet? Ad id rurſum reſpondeas, CHRISTVS IESVS, qui mortuus eſt. Idem offenſus amphibologia Paulini ſermonis,

Thomas, laudatus.

Eraſmi moderatio.

Auguſtinus. Thomas.

Auguſtini in minutiſſimis aptiſſimis q; diligentia.

cum ait: Quod ſtultum eſt dei, ſapientius eſt hominibus, mauult ita reddi, quod ſtultum eſt dei, ſapientius eſt quàm hominis, quod alioqui uideri potuerit incertum, dandi ne caſu dictum eſſet hominibus, an auferendi. Atque hæc & alia his ferme conſimilia multis uerbis illic annotauit uir tantus, quæ nihil negocij ſit animad uertere, etiam ſi nullus moneat. Quid ſi is legiſſet tot portenta mendatum à nobis prodita, ſublatáque? tot craſſiſſimas diſcuſſas tenebras? tot ſenſus præpoſtere non ſolum ambigue redditos, ſuæ reſtitutos integritati? an non hunc laborem noſtrum utriſq; manibus complexus fuiſſet? Quædam autem tanta breuitate ſunt annotata, ut ni noſtram annotatiunculam ad locum ipſum conferas, non ſis animaduerſurus quid uoluerim. Nam quod compluſculis locis occurrent eadem, id data opera factum eſt, quo conſuleremus lectori uel parum memori, uel inquirendi laborem fugitanti. Et ſanè nonnihil uereor, ne quemadmodum multos ſit offenſura nouitas, ita è diuerſo exiſtāt, quibus hoc ipſum diſpliceat, quicquàm eſſe quod conueniat cum ueteri interprete. Alijs nihil probatur, quod ſit diuerſum: alijs ineruditum uidetur, quod non tota ratione pugnet ac diſſideat. Rurſus alios offendit ſermo paulo purior ac Latinior, nempe hos qui nihil acutum iudicant, niſi quod prodigioſis ſcateat ſolœciſmis. Alij contra faſtidiunt, quicquid non referat Ciceronianum illum nitorem. Nos in hoc opere ut non affectauimus eloquentiam, ita mūdiciem, ſi qua in promptu fuit, non reſpuimus. Non offenditur deus ſolœciſmis, at idem non delectatur. Odit ſuperbam eloquentiam, fateor, at multo magis ſupercilioſam & arrogantem infantiam. Nos toleramus iſtorum balbutiē, ferant ipſi uiciſſim noſtram qualemcunq; dicendi mediocritatem. Verum ut aliquando finiam, quemadmodum ingenue fateor eſſe permulta, quæ doctius tractari potuiſſent: ut non inficias eo, locis aliquot me dormitaſſe laſſum: ſta res ipſa, ni fallor, indicabit, me, poſt Laurentium Vallam, cui non hac tantum in parte debent bonæ literæ, poſt Iacobum Fabrum, uirtutis omnis & literarum antiſtitem: nec ſine cauſa uerſatum in hoc negocio, nec ſine fructu. Bene Valeto lector amice, & ſi quid adhuc deſyderas, à præfatione quam Annotationibus præfixi, petito.

Portenta mēdaciū ab Eraſmo ſublata.

Breuitas autoris.

Eadem.

In lectoribus naria palata.

Supcilioſam & arrogantē infantiā odit deus.

Laurentius Valla. Iacobus Faber Stapulenſis.

APOLOGIAE FINIS.

De hac

DE HAC POSTERI ORI AEDITIONE;

ERASMVS ROTERODAMVS PIO LECTORI. S: D:

OMNIBVS omnium cauillationibus reſpondere, lector optime, præterq; quod infiniti ſit negocij, nec admodum ex huius operis dignitate fore uideo, nec operæpretium ullum intelligo: propterea quod qui ſtudium hoc noſtrum ſuggillāt ac traducunt, ferè non legunt, aut certe non intelligunt noſtras apologias. Et iam ſatis illis reſponſum eſt duabus apologijs, quas primæ quoq; æditioni, ceu clypeos, aduerſus iſtorum tela præfiximus: præterea in epiſtola, qua Martino Dorpio reſpondemus: poſtremo in epiſtola ad inſignem Theologum Henricum Bouillum. Proinde hic capitaduntaxat argumentorum annotabimus lectori, uel occupato, uel craſſiori.

1 Primum illud teſtamur, & ubiq; teſtatum eſſe uolumus, nos nuſq; à iudicio eccleſiæ catholicæ, uel unguem aut digitum latum uelle diſcedere: Quod ſi quid uſquam eiuſmodi deprehendatur, nō data opera dictum, ſed elapſum: ut ſumus homines: id iam nunc pro recantato uolumus haberi.

2 Nec præimus eruditorum iudicio, nec publicarū ſcholarum autoritati præiudicamus. Manet incolume ſuum cuiq; iudicium. Annotationes ſcribimus, non leges: Et expendenda proponimus, non protinus habenda pro compertis.

3 Nec ideo hanc poſteriorem æditionē immenſis ſudoribus parauimus, quod priori diffideremus, ſed opus quod tum pro uirili, próq; temporis ſpacio q̄ fieri potuit optimum dedimus: nunc emendatius multo, multóq; locupletius damus. Atq; id ſanè facturos nos, prima ſtatim æditione ſumus polliciti.

4 Quod in æditione prima parcius fecimus, ueriti, ne tantam nouitatem non ferrent quidam: nunc hortantibus amicis magnis & eruditis, animumq; addentibus, uberius præſtitimus, ut totus noui teſtamēti ſermo ſimplex quidem, ſed tamē latinus eſſet, exceptis uerbis aliquot, & idiomatibus, quæ receptiora uidebā, quàm ut mutari poſſent: Sicut fides pro fiducia, fidelis pro fidenti, benedictus pro laudatus aut laudandus.

5 Neq; parum adiecimus prioribus annotationibus, & priores illas autorum nomendatura cōmuniuimus, ob quoſdam, auidiores calumniandi q̄ diſcendi.

6 Sed offenduntur, qui latine neſciunt: & ueteres ſolœciſmos, quibus aſſueue-

runt,requirunt.Habent iſti ueterem æditionem,per me quidem integram & intactam. Scio, plurimos ob ſermonis imperitiam,ne dicam ſpurciciem, à ſacris uoluminibus abhorrere.Boni conſulent iſti, ſi his quoq; conſultum eſſe uoluimus,præſertim cum ipſi nihil perdant.

7 Non offenditur,inquiũt, deus ſolœciſmis.Verum fortaſſis. at idem non delectatur.Excuſat Auguſtinus ſermonis uitium,non præfert.& excuſat in idiotis,nõ in Theologis.poſtremo tolerat inuitus. nã in totum mutari malit,ſi liceat. Quod ſi ſenſum reddit ambiguum,aut etiã peruerſum,quod locis aliquot indicauimus factũ,deteſtaẽ. Quin & deus odit ſupbos Solœciſtas,qui recte loquẽtes inſectantẽ, nec ipſi uolũt meliora diſcere:nec alios ſinũt,ceu canes in præſepi,iuxta prouerbiũ.

8 Alioquin illud ab iſtis requiram:utrum omnes ſolœciſmos amplectãtur,an eos tantũ quibus aſſueuerint.ſi quoſuis amplectuntur,cur ab iſtis quoq; uapulant pueri,cũ dicunt,fuit in domo tuo:aut,friget corpus meus. Imò uel in templis exibilarent omnes,ſi diaconus pro filio legat,pilio:aut pro Philippo,pilippum.Et tamẽ abſurdiora ſunt ſæpenumero quæ cõmittunt ipſi. Quod ſi nulli placẽt Solœciſmi, niſi quibus aſſueuerint,iã palàm eſt,eos nõ duci iudicio recto, ſed ſuis blandiri neuis,& eos imitari,qui cũ ab aliorum hulceribus abhorreant,ſua tamẽ familiari ſcabie nõ offenduntur.Porrò quid interea fiet ijs,qui Solœciſmis nõ aſſueuerunt?

9 Auguſtinus patitur barbare dici,Iuſtus ut palma floriet,pro florebit:ſed patitur in plebe imperita.patitur,ut eruditi ꝓ,os, cuius paternus caſus ſit,oſſis, oſſum dicant,ſed quoties imperitis loquuntur,aliter non intellecturis.Iam uero cum uulgo nemo latine loquatur, quod Auguſtinus ſcribit de Solœciſmis, non magis ad nos pertinet,quàm ſi moneret,ut apud Gallos Gallice loquens cõcionator, uerbis Gallicis uulgo notis uteretur. Alioqui cur Auguſtinus ipſe in ſuis libris non ſolœciſſat,cum ſæpenumero nec ab eruditulis intelligatur?

10 Auguſtinꝰ nõ admittit ſolœciſmos,niſi apud imperitos,ut dictũ eſt,& in hoc dũtaxat,ut ſententiã reddãt dilucidã.At docuimus,locis aliquot interpretis ſolœciſmis totã ſubuerti ſentẽtiã,& hac occaſiõe magni nominis interpretes fuiſſe lapſos.

11 Porrò quod obijciunt,indignũ eſſe, diuinã ſcripturã ſubijci regulis Donati: ut à uiro ſancto dictũ eſt,ita nõ perinde circunſpecte.Primũ eñ,interpretis ſermo nõ eſt ſcriptura ſancta, ſed quod Moſes aut Apoſtoli ſcripſerunt. Nos interpretis ſermonẽ emendamus,& ſanctæ ſcripturæ ſuã lucẽ reſtituimus.Deinde ſi contumelioſum eſt de rebus diuinis emendate loqui, in ius uocãdi ſunt ueteres penè oẽs, qui non eleganter modo,uerumetiam eloquenter tractarunt res myſticas.

12 Mihi uidetur ad propagandũ CHRISTI Euangeliũ pertinere,ut caſto puróq; ſermone tradatur,quatenus licet.Recte loquendi ratio omnium eſt cõmunis: at uaria res eſt barbaries,& intellectu difficilis,quippe recedens à ſermone naturali.ut nihil eſt dilucidius ſermone recto,ita nihil facilius.

13 Quod ſi quis neget in hac interpretatione ineſſe Solœciſmos,non illos quidem hauſtos ex Apoſtolico ſermone, ſed ex uulgi fece: conſulat indicem meum: & mox,opinor,mutabit ſententiam.

Ibidem

14 Ibidem uidebit,quot locis hallucinati sint interpretes etiã magni nominis, tantum ob sermonis uitium. ne quis putet nullum aliud esse incommodum, nisi quod parum munda sit oratio.

15 Porrò quanꝯ haud inficiamur, in Apostolorum & Euangelistarum Græco sermone nonnulla esse præter rationem grammaticam, tamen non erat causa, cur nos tantum Solœcismorum prodigiosorum adderemus.

16 Et fortassis, quod illis temporibus conducebat, ut Apostolorũ oratio esset inconditior,nunc expediat mutari.quando nec Apostolico cultu nunc utũtur Episcopi,sed in omnibus splendor accessit ecclesiæ.Olim expediebat Apostolos eo sermone uti,qui latissime patebat,& à literatis pariter ac illiteratis intelligebatur (quã doquidẽ & CHRISTVM Syriace locutũ apparet) nunc ea ratio adeo locũ non habet,ut ijs qui latine didicerint, noua balbutiendi ratio sit discẽda ob interpretis nõ Apostolorũ solœcismos.Proinde,ut olim abusi sunt Apostoli ea lingua,quã reperirunt uulgo maxime cõmunẽ:ita nunc cõducibile fuerit, sacras literas eo sermone tradi,qui sit omnibus latine doctis communis.Conuenit em̃ id esse cõmunissimũ, quod est rectissimũ.quod dictũ est de sermone Apostolico,idẽ ualet in oratiõe uerterũ interpretũ,cũ sermo Rhomanus adhuc esset promiscue multitudini cõmunis.

17 Si ob eã causam diuinos libros expedit inerudite uerti, quo possint à pluribus intelligi,potissimũ uertendi essent in linguam Gallicam,aut Germanicam.

18 Si non licet Christianis recte loqui,cur Augustinus grãmaticã recte loquẽdi magistram,ponit inter artes necessarias ad sacrorum uoluminum intelligentiã? cur tot grammaticorum scholis plena sunt omnia? cur tot laboribus excruciatur ætas illa rudis? an ut discat mendose loqui?

19 Vt nihil aliud sit commodi,certe hoc boni habet sermonis elegantia,quod simplex sit & naturalis,cum inemendate loquendi sexcentæ sint species.

20 Etiamsi nos in sermone Apostolorũ,ne syllabam quidẽ mutamus.imò sermonẽ illorũ,uitio librariorum aut alioqui deprauatũ,restituimus.Proinde ne quis clamet:hic corrigit Euangelium, hic emendat precationẽ dominicã:sed,hic codices Euangeliorũ à mẽdis repurgat. nec magis obiurgãdus sum,quàm qui scopis euerrit sordes è templo.Non enim quicquid in templo est,continuo sanctum est.

21 Iam si, quicquid hic uertit interpres, spiritui sancto libet asscribere, & ob id nefas esse,quicꝯ hinc demutare:cur audet reprehẽdere Hieronym⁹,qd̃ apud hũc legitur? cur audent diuersum legere,Cyprianus,Ambrosius,& Augustinus?

22 Hieronymus in præfatione ad Desyderiũ,plurimũ interesse putat inter uatem & interpretẽ:ibi,inquit,spiritus uentura prædicit,hic eruditio & uerborum copia,ea quæ intelligit,transfert.& tamẽ hic Hieronymus agit de Septuaginta, quorum autoritas penè fuit sacrosancta.At nemo nouit,quis hic fuerit interpres, nam innumeros fuisse testatur Augustinus,atq; eos admodum tenuiter eruditos.

23 Arbitror non plus honoris huic interpreti deberi cꝯ Septuaginta,quorum æditionem non raro sequuntur & apostoli,sed horum translationem mutauit ecclesia,simul atq; nacta est meliorem.

Vtrum

24 Vtrum autem uolunt huic uni hoc honoris haberi,an interpretibus omnibus? si huic uni,cauſam adferant, cur huic potius q̄ cæteris,ſi debetur omnibus,cæteris nimirum antiquatis facta eſt iniuria.

25 Non idem honoris debetur interpreti & Euangeliſtæ,alioqui quiſquis condinnat aut deſcribit codicem Euangelicum, hoc honoris ſibi poſtulabit. Verſantur omnes in re Euangelica,ſed diſpari functione. Imò diuus Hieronymus interpretum operam,qua nobis ſacros libros in aliam linguam tranſfuderunt, confert cum ſtudio M. Tullij,quo quædam Xenophontis,Platonis ac Demoſthenis opuſcula latinis dedit.

26 Quod ſi iuxta Hieronymū optimus interpres eſt,qui linguas & rem optime teneat:opinor me neutra in re hoc certe interprete uideri inferiorem.

27 Porrò ſi prorſus in Interprete requirunt afflatum ſpiritus ſancti: quid obſtat, quo minus & nobis adſit cōmunis omnium Chriſtianorum ſpiritus, qui ſolet uberius opitulari ijs,qui ſuam quoq; induſtriam adiunxerint.

28 Audio quoſdam adeo ſuperſtitioſos,ut nihil patiantur immutari à uerbis Euangeliſtarum in uertendo.Quaſi uero iſtuc uertere ſit,ac non potius peruertere. Duabus rebus conſtat oratio,uerbis ceu corpore,& ſentētia uelut anima.Si utrūq; reddi poteſt,non obſto,quo minus fiat.ſi non poteſt,præpoſterum fuerit interpretem uerborum tenacem,à ſententia recedere.

29 Si prorſus contendunt uerbum eſſe uerbo reddendum, cur toties à uerbis recedit interpres,aliquoties nulla inuitatus commoditate? Si licet,utiq; ſemper hoc ſpectandum erit interpreti, ut ſententiam bona fide uerbis q̄ aptiſſimis efferat.

30 Nec conſtat nec probabile eſt, hanc, qua uulgo utimur,æditionem, ullius Synodi autoritate fuiſſe comprobatam. Neq; probabile eſt, in Synodis hac ſola patres uſos fuiſſe, quæ ex Græcis, Latinis ac Barbaris conſtabant: quorum alius Græce citabat,alius Ambroſium ſequebatur,alius Cyprianū,aut alium quempiā.

31 De Septuaginta non ueretur pronunciare Hieronymus,illos uertiſſe uerbis ambiguis, quod non intelligebant:& alibi conuerſionem illorum mendacium appellat.Cur igitur putemus ſacrilegium eſſe, ſi quis ab hoc ignoto diſſentiat?

32 Sed utitur iam annis aliquot eccleſia Rhomana.utitur ſed non ſola.nam & Hieronymum legit, & Ambroſium,& cantus eccleſiaſticus ſæpenumero diſcrepat ab hac æditione.nec ſic utitur,ut decernat,nihil illic eſſe,quod poſſit reddi melius.

33 Diu uſa eſt eccleſia ueteri conuerſione ueteris teſtamenti,quæ quod ſeptuaginta Græce uerterant,ad uerbum reddit ſermone prorſus abſurdo: quod palàm fuerit,ſi quis legat Auguſtinum De locutionibus. nec ideo reſpuit commodiorem interpretationem,quæ priori ſubſtituta eſt per Hieronymum,ut arbitrantur.

34 Quod ſi quis omnino contendat,nuſq̄ ab interprete diſſentiendum eſſe: Primum excuſet ea loca,in quibus oſtendimus illum palàm uel dormitaſſe,uel lapſum eſſe,uel ita inſcite reddidiſſe Græca,ut ob illius inepram interpretationē ſummates Theologi, qui tantum latine ſciebāt, turpiter lapſi ſint. Hæc ſi notiora ſunt, q̄ ut negari poſſint,fateamur,interpretē hominem fuiſſe,ne quid dicam acerbius.

Etiamſi

35 Etiamsi pleraq; sunt eiusmodi, ut probabile sit, uitio librariorum inducta fuisse: ut interpretationẽ approbet ecclesia, certe deprauationẽ non approbat.

36 Neque quicquid receptum est in usum ecclesiasticum, continuo receptum est iudicio. Quædam casu irrepunt, ad quæ conniuet ecclesia, præsertim si non uideantur ad fidei morumq; periculum pertinere. Imò fieri potest, ut in hoc genere quædam ad tempus ignoret ecclesia.

37 Cum Damasus hoc negocij daret Hieronymo, ut nouum testamentũ ex Græcorũ fontibus emendaret, habebat nimirũ iam tum ecclesia, quod legebat: & fortasse seculis aliquot legerat: Id si syncerum erat, quid opus erat emendatione Hieronymi? Sin corruptum, palam est ecclesiam ad tempus uti, quod sit in melius uertendum. Idem dico, de uetere testamento.

38 Non ideo uacillat autoritas scripturæ sacræ, si mendæ tollantur è codicibus, imò potius uacillaret, si constet, nos uti deprauatis exemplaribus: atq; id certe negari non potest.

39 Optandum, ut nullum mendum insit sacris libris, & id quoad fieri potest, enitendum est: Verum id nõ contigit post annos mille trecentos, nec fortassis unq; continget ad plenum. Bene nobiscum agetur, si q̃minimũ insit mendarum.

40 Proinde ne nos quidẽ profitemur, omneis mendas à nobis sublatas: plurimas certe sublatas audebimus profiteri: & nos rem eò deduxisse, ut posthac codicibus quàm minime mendosis uti liceat, si quis hoc filum secutus, emẽdare uelit, cum autoritate Pontificis Rhomani.

41 Nos enim non sic proponimus hanc æditionem, ut uelimus per omnia haberi emendatam: sed quod apud Græcos frequentissimũ habetur, maximeq; constans, id uertimus: indicantes, ubi nostra cum Græcis consentiant, aut dissentiant, & quid nobis rectissimum esse uideatur.

42 Scio res sacras reuerenter ac religiose tractandas: Et idcirco, licet in infima functione uersantes, tamẽ omni qua licuit circunspectione sumus usi. Contulimus utriusq; linguæ uetustissimos ac probatissimos codices, nec eos sanè paucos. Excussimus ueterum ac recentiorũ cõmentarios, tum Græcos tum Latinos. Obseruauimus, quid diuersi legant. Pensitauimus ipsius loci sententiam: atque ita demum pronunciauimus, quid sentiremus: Imò ne pronunciauimus quidem, sed lectorem admonuimus, suum cuiq; iudicium liberum relinquentes.

43 Thomas, Lyrensis, & Carrensis, alijq; his obscuriores, satis habent annotasse: alia litera sic habet: quod sic in codice quopiam scriptũ, aut fortasse depraua/tum offenderint, & uidentur rem utilem præstare. Et nobis obstrepitur, qui tot argumentis, ac summorum uirorum autoritate ueram lectionem restituimus?

44 Si uarietas abrogat fidem libris, iam olim uariabant codices, & tamen adhuc sacris libris sua constat autoritas.

45 Si loca quædam deprauata fidem eleuant arcanis uoluminibus, iam olim id usu uenisset temporibus Origenis, qui Homilia in Matthæum octaua quæritur hac de re his uerbis: Multam enim differentiam inter exemplaria inuenimus,

siue per negligentiam scribentium, siue ex temeritate quorundam, siue propter eos, qui negligunt emendare scripturas, uel propter eos, qui quod ipsis uidetur, in emendationibus uel adijciunt, uel subducunt. Audis lector, iam tum uariasse libros? audis fuisse deprauatos? audis quædam adiecta, aut subtracta?

46 Atque ut ille non est ausus, in nouo præsertim testamento, pronunciare per obelos & asteriscos, sed tantum admonere lectorem: ita nos, quid nobis uideretur, & quamobrem uideretur, ostendimus.

47 Hoc fortasse uincimus Origenem, quod illi nihil erat, quod sequeretur in nouo testamento, præter codices græcos. Nos Græcos contulimus cum Latinis, & ab utriusq; linguæ probatissimis interpretibus adiuti sumus: cum is penè primus scripserit in libros diuinos.

48 Si quis contendit, nullum omnino mendum esse in libris sacris, quid fiet his locis, quæ tam palam deprauata sunt, ut nulla sit tergiuersatio? Sin fatentur alij quot locos uitiatos, cur non sinunt corrigi, quicquid corrigendum esse uidetur?

49 Sed audio quosdam ita loqui: Rem amplectimur, sed offendiculum datur multitudini, si senserit in libris, quos hactenus secuti sumus, inesse quicquàm uel uiciatum uel non intellectum. Primum non ista scribuntur multitudini, sed eruditis, & præcipue Theologiæ candidatis: Hos offendi non oportet. Neque nos correctionem appellamus laborem nostrum, sed annotationes. Neque cuiquàm molesti sumus, aliter citanti, & ueterem, aut etiam deprauatam æditionem sequenti: Ab ipsis potius nascitur offendiculum, qui in publicis concionibus, qui in compotationibus, qui in uehiculis ac nauibus apud idiotas ac mulierculas uociferantur esse, qui sacros libros & precationem dominicam emendet.

50 Misera uero conditio sacrorum uoluminum, si horum autoritas pendet ab indoctis, ut ferè sunt, librarijs, aut temulentis Typographis.

51 Non uociferantur in eos, à quibus palam est sacros codices uitiari quotidie, cum sint illiteratissimi, qui hoc audent. In me clamitant, hominem in hoc certe genere studij, quod à linguarum peritia pendet, nec omnino indoctum, opinor, nec inexercitatum. Illis temere licet pro suo arbitratu deprauare. Mihi non licebit ex fide ueterum codicum, ex probatissimorum interpretum autoritate restituere.

52 In illis non requirunt autoritatem, satis est illitum esse chartas. In me requirunt. Cur, inquiunt, credamus Erasmo? Imò si Erasmo diffidunt, fidant Theologo. Nam si mihi tradita est autoritas interpretandi sacras literas, mirantur si ausim de lectione quicquàm hiscere.

53 Quanquàm non postulo, ut mihi credant. Credant uetustis & emendatis exemplaribus, credant græcæ ueritati, præsertim ubi horũ lectio cum orthodoxorum interpretatione congruit. Postremo nec his credant, sed rem secum expendant, non mordeant admonitorem.

54 Hieronymo mandauit Damasus. Mandauit, sed ut amicus, non ut summus Pontifex. Mandasse legimus, approbasse non legimus. Postremo extra controuersiam est, non extare castigationem Hieronymi. Et constat, hanc rursus uitiatam,

tiatam,ut maxime demus,fuisse Hieronymo castigatam.

55 Nihil,inquiunt,tentandum absque Synodi autoritate. Quid magis ridiculum dici possit. Vt mihi liceat admonere, quid uel à scriba uideatur corruptum, uel ab interprete melius reddi potuerit,præsertim ex ueterum sententia:tota Synodus erit conuocanda? Cotidie noui scribuntur commentarij in sacras literas, proponuntur oracula de rebus grauissimis,nec ulla Synodus requiritur.

56 Quid si nouum testamentum uertissem carmine, quod fecit Iuuencus,aut paraphrasi dilucidius explicuissem, an ob eam rem putant indicendam fuisse Synodum? Nunc tantum quod est in Græcis uerto, aliquoties non probans, quod apud illos legitur.

57 Quod si nefas iudicant quicquam extare diuersum ab hac æditione,abolendi essent Ambrosiani commentarij, supprimendus Cyprianus, Hieronymus & Augustinus,nihil attingendum Græcorum interpretum.Atque eadem ratione nefas habebitur,nouum ac uetus testamẽtum ædidisse græce, quod nuper ex Aldi mei prodijt officina.

58 Nos opus hoc dedimus,non,unde nõ liceat dissentire,sed quod ad emendandos pariter & intelligendos sacros libros magnopere conducit. Et ut nos proponimus,ita probat suo scripto LEO.X.Pontifex uere maximus: hac quoq; parte consultum esse cupiens religioni Christianæ.

59 Tot mendas sustulimus,tot loca male reddita explicuimus, tot prodigiosos solœcismos amouimus, tot nodos, in quibus hæserunt & ueteres, extricauimus:tot insignes lapsus autorum indicauimus,tot amphibologias resecuimus,tot hyperbata digessimus,ut finiam,tot sensus antehac obscuros ac nubilos illustrauimus,tantam utilitatem gratis detulimus, & uociferantur quidam aduersus benemerentem.

60 Iam non me dam̃ est, hoc male habet quosdam, quod à magni nominis scriptoribus dissentiam.Qui fauent Augustino,frendent, me non per omnia cum illo sentire. Qui Thomæ addicti sunt,dolent illum attingi. Minoritæ nollent refelli Lyranum,aut Scotum.Atqui si hanc accipimus legem, à nemine prorsus licebit dissentire, cum ipsi tamen inter se dissentiant. In hoc opere, ueritatis maior q̃ autoritatis erat habenda ratio.

61 Non est contumelioſum à quamlibet probatis autoribus dissentire, si rationibus adductis id facias. Hoc interest: sunt, à quibus par est reuerenter dissentire,uelut ab Hieronymo; ab Ambrosio, ab Augustino. Sunt,quibus hoc reuerentiæ non debetur, Thomæ fortasse debetur, Lyrensi aut Carrensi non debetur, neque doctrinæ,neque sanctimoniæ nomine.Et referebat, hos aliquot locis taxari,quod uiderem solos mira fiducia,sed nullo iudicio passim legi.

62 Sed cauillor in hos fortassis uno aut altero loco:Primum ipsis imputetur, qui tam ridicula scripserint,non mihi.Deinde si stomachantur, quod hos aliquoties attingo, cur non magis agnoscunt ciuilitatem meam, cum ad tam multa conniueo? quæ nequaquam præteriturus eram, si animi causa taxassem illos. Quod

aliquoties attigi coëgit ſtudiorum utilitas, quod rarius id facio, datum eſt Chriſtianæ modeſtiæ.

63 Verum hoc ipſum, ni fallor, offendit pleroſq; , quod admonentur, quaſi hactenus aliquid ignorarint in his literis, quarum ſcientiam profitentur: & pudet quæ imberbes didicere, ſenes perdenda fateri. Primum nimium arrogans ſit, qui profiteatur ſe nihil neſcire, deinde taciti hæc quoq; diſcant, & deſinent ignorare. Hac uia probrum hoc optime effugerint.

64 Quod ſi uſque adeo inuiſa eſt nouitas, ut ferri non poſſit, fuit & hæc æditio, qua nunc utimur, olim noua. Et ſtultiſſimum eſt, rerum æſtimationem ab annis ſumere. Hac æſtimatione res præclara fuerit ebrietas, quæ eſt uetuſtiſſima: & ex priſcis uſque ſeculis in hanc ætatem deducta. Quin rem ipſam potius quàm annales expandimus?

65 Si nouitas offendit, nos uetera inſtauramus, & nouitatem excludimus. Nam poſterior eſt æditione, deprauatio. Si qui ſunt, qui non poſſunt mutare ſaliuam, quam à pueris imbiberunt, manet iſtis ſua uetus æditio, ſi uolunt, tum dilucidior, tum emendatior: ſi nolunt, eadem & ſui ſimilis. Si glandes iſtos obſtinate delectant, ſaltem ne inuideant iſs, qui tritico ueſci malunt.

66 Vtrum quæſo fas eſt, poſt ueteres aliquid inquirere, an non? Si fas non eſt, cur auſi ſunt Alexander ac Thomas, & poſt hos alij complures, totam Theologiæ faciem immutare? Si fas, cur noſtris obſtrepunt ſtudijs, præſertim cum & nullius iudicio præſcribant, & ueterum autoritate nitantur? Etenim ſi fas eſt inducere noua, multo magis fas eſt reuocare uetera.

67 Si nihil aliud quàm codices noſtros emendaſſem ex Græcis exemplaribus, comprobanda erat induſtria, qui id conatus eſſem, quod Auguſtinus nō uno in loco fieri iubet. Nunc nō hoc cōtentus, ex orthodoxorū cōmentarijs rem peto.

68 Vt donemus, nihil eſſe mendi in libris noſtris, tamē multis de cauſis oportebat ad fontes confugere, ob amphibologias, ob quædam obſcure reddita: ob Emphaſim Græcanicæ phraſeos, quæ ſæpenumero reddi non poteſt: ob gratiam idiomatis, quæ in uertendo non reſpondet.

69 Vt donemus Græcorū libros æque deprauatos eſſe ac Latinos, tamen ex collatis exemplaribus æque deprauatis ſæpe deprehendit uera lectio: quod ſæpenumero fit, ut quod hic caſu deprauatum eſt, in alio codice reperiatur integrum.

70 Auguſtinus in epiſtola LIX. non audet reſpondere, rogatus de ſententia uerſiculi cuiuſdam ex pſalmis, niſi conſultis libris Græcis. Idem ueteris teſtamenti nouiq; libros cum Græcis contulit, nimirum diffuſus uulgatæ interpretationi. id quantum habeat utilitatis in ueteri teſtamento uiderint alij, certe in nouo neceſſarium eſt. Et nos nō dubitamus de omnibus pronunciare, freti uulgatis codicibus?

71 Hieronymus laudat ſtudium mulierum Germanarū, quæ Latinum pſalterium cum Græco contulerint, cum id ab Hebræorum fontibus manarit: & nos abſurdum putamus idem fieri in nouo teſtamento, quod totum, aut penè totum fluxit à Græcis.

Sed

72 Sed audio quosdam in totum abrogare fidem Græcorum libris, posteaq; se semouerunt ab ecclesia Rhomana. Atqui eadem de causa, nō est fidendum Hebræorum libris, quod illi sint infensissimi, nō solum Rhomano Pontifici, sed Christo, & Christianis omnibus. Et tamen Hieronymus illis fisus est id temporis, cum maxime fuisset tempestiuum deprauare, si quid deprauare uoluissent.

73 Si Græcis in animo fuisset deprauare codices suos, his potissimum locis deprauassent, in quibus à nobis dissentiunt, ueluti de processione spiritus, aut si quid aliud est eiusmodi, at in his nobis consentiunt. Nec ullus locus proferri potest, qui hoc nomine suspectus haberi possit.

74 Aristoteles apud nos habet autoritatē suam, cum plus sit q; schismaticus, uidelicet à Christo alienissimus. Et Græcor; uoluminib⁹ nulla erit apud nos fides?

75 Si olim deprauati sunt Græcorum codices, iam adhuc erant orthodoxi: Sin nuper à schismate, qui fit, ut horum codices cum ueterum libris consentiant? Nisi forte tam impudens erit aliquis, ut dicat, uniuersos codices, & interpretū commentarios simul esse uitiatos à schismaticis.

76 Ego magis suspicor, si quid deprauatū est in Græcorū libris, id à Latinis exēplarib⁹ fuisse ꝓfectū: posteaq; Rhomana ecclesia cœpit absorbere Græciam.

77 Nec tota diuulsa est à nobis Græcia, Creta Christum agnoscit, agnoscit Rhomanum Pontificem, cur horum libris diffidimus? Et ab his potissimum nobis ueniunt exemplaria.

78 Risit olim Heluidiū Hieronymus, qui sibi stultissime persuaserit, Græcos codices esse corruptos: ac dictum hominis stultius esse putat, q; ut sit argumētis refellendum. Et tamē iam tum Oriens fermè omīs hæresibus feruebat Arrianorū & Origenistarum: ab his magis timendum erat exemplaribus, q; à schismaticis.

79 Damnauit ecclesia quasdam Græcorum opiniones, codices Græcorum nunquam damnauit. Et cur nos damnamus, quod non damnauit ecclesia? Imò cur non habemus fidem his, quibus fidem haberi uoluit ecclesia?

80 Iam quod à quibusdam studium hoc nostrum contemnitur, ut humile ac puerile, qui circa syllabas ac uoculas laborem, non ita ualde me mouet. Ego magnum arbitror, quicquid ad rem theologicam pertinet. Et cum non ignorarem, quantum reuerentiæ sacris libris debebatur, mihi conscius sumpsi, quod in eo munere uideretur infimum.

81 Sit hoc grammaticum, sit puerile, sit triuiale, modo fateantur esse necessarium. Vt nihil aliud doceam q; rectam lectionē, nimirū turpe est hoc ipsum nescire magnos Theologos. Et tamen hoc manifestius est, q; ut negari possit: posteaq; hic lapsus deprehenditur Augustinus, lapsus Thomas, lapsus Lyrensis, & Carrensis: posteaq; frequenter audiamus hos, qui concionantur in templis, etiam thema, quod proponunt, perperam intellectum adducere.

82 Scrupi sunt quàmlibet minuti, sed ad hos impingunt frequēter οἱ τὸμ ἥλιομ ὑπερφρονοῦντες. Si iuxta Chrysostomū & Augustinum, articulus ὁ, hoc est minutissimum elementū, additum aut omissum, sensum facit orthodoxum, aut hæreticū:

si idem efficit hypostigme, non suo posita loco: quid est, cur hæc ut minuta negligamus, quæ tantum habent momenti?

83 Quanq; hæc minus negligenda uidebunt, si quis periculum fecerit, quantis hæc minuta constent sudoribus: Aut si quis aggrediat tractare scripturam diuinam, & in ea, sicut oportet, rimari curiose singula. usu sentitur utilitas, nō tumultuaria lectione. Postremo desinet contemnere, qui non unam aut alteram annotationem, sed uniuersum opus expenderit. Tu mihi ociosus ac supinus hunc aut illum locum expendis, & uideris tibi copiosius ac doctius tractare potuisse. Poteram & ipse, si decem modo fuissent excutiendi. In tot milibus hanc præstare diligentiam difficillimum est.

84 Augustinū non pœnitebat operæ suæ, cum huiusmodi quædā annotaret in libros Pentateuchi, non ex fontibus Hebræorum, sed ex græcis uoluminibus. Is rem annotatu dignam duxit, quod in sacris literis reperiat uerbum multitudinis numero additum nomini, rem significanti, quæ cōstet ex multis. Quod genus est: Dimitte populū meū, ut seruiant mihi. Itē: Omnis terra adorēt te. Præterea quod in hac oratione: Si interrogauerit te Esau, dicens: Cuius es tu, & quo uadis, & cuius hæc, quæ antecedunt te? Et dices, pueri tui Iacob: postremo loco redundet, coniunctio, &. Rursus quod in hoc sermone: Tu autē testamentū meum cōseruabis. Conseruabis, positum sit pro conserua. Rursum, quod hæc uerba, quæ sunt in Leitico: Ακάθαρτος ὢμ, ἀκάθαρτος ἔσαι: putat ad hunc modū uerti posse, immūdus existens, immundus erit. Et tamē participiū existens, nō esse ab existere, sed ab esse, cū græce sit ὢμ, quasi dicas, essens. Præterea quod docet, mulierē dici, quæ uirgo sit, cū hebræam uocem nesciat, unde pendebat quæstio. Item quod ὄψιμον græcū, parū latine dicat serotinū. Ad hæc tam puerilia nō grauatus est descendere tantus episcopus. Quid ipse Hieronymus, nónne quædam annotauit, quæ friuola uideri possent, si quicq; omnino friuolum esset in sacris libris? In epistolam ad Ephesios cap. 5. in Pauli uerbis: Propter hoc relinquet patrē & matrē &c. annotauit, ἀντὶ τούτου dictū, pro ἕνεκεν τούτου, cum utraq; dictio probe quadret, & eundē efficiat sensum: uice uxoris relinques patrē & matrē: Et, causa uxoris relinques patrē ac matrē. Idem in epistolam ad Philemonē indicauit, ἀγαπητὸν magis sonare diligibilem q̄ dilectū, qui græce dicatur ἠγαπημένος. iterū in epistolam ad Rhomanos: παντὶ τῷ ὄντι ἐν ὑμῖν, omni dictum esse pro omnibus, cum utroq; modo dicatur idem: quisquis est inter uos, & omnibus qui sunt inter uos. Iam uero quid cōmemorem, qualia sint pleraq;, quæ Hieronymus annotauit in libello, quem de castigatione psalterij scripsit ad Suniam & Fretelam.

85 Nullus igitur reprehendat, si argumēto susceptō respondeo. Mihi abunde satis est, si nullus ante me plus præstitit in hoc scripti genere. Quid alij possint, aut præstituri sint, nescio. Certe optarim existere permultos, qui me prorsus obscurarent. Imò uel reprehendi gaudebo, si quis industria sua rem tam sacram, à nobis utcunq; tentatam, adiuuerit. Absit modo procacitas, quam fœdam & indecoram sibi ducunt & Ethnici.

Meminerit

86 Meminerit is, qui reprehensionē parat, se quoq; hominem esse, neque minus labi posse reprehendendo, quàm potuerit autor operis scribendo. Quanquàm longè plus ueniæ debetur ei, qui prodesse studens, in ingenti opere dormitauit alicubi, non assecutus, quod uoluit, quàm ei, qui in alieno libro cupiens ingeniosus uideri, uenatur quod carpat, & tamen hoc ipsum perperam facit.

87 Sic oportet ad librū legendum accedere lectorē, ut solet ad cōuiuiū cōuiua ciuilis. Cōuiuator annitit̄ oīibus satisfacere: & tamē si quid apponit̄, quod huius aut illius palato non respōdeat, urbane uel dissimulant, uel probant etiam, ne quid cōtristent cōuiuatorē. Quis em̄ eum cōuiuam ferat, qui tantū hoc animo ueniat ad mensam, ut carpens quæ apponuntur, nec uescatur ipse, nec alios uesci sinat.

88 Et tamen his quoq; reperias inciuiliores, qui palàm, qui sine fine damnent ac lacerent opus, quod nunquàm legerint. Atq; hoc sanè faciunt, qui se Christianæ pietatis doctores profitentur, & religionis antistites: cum sit pluspiàm sycophanticum, damnare quod nescias.

89 Nec intelligunt, quantū abesse oporteat linguā ꝓphetici canis, quæ lingendo medet̄ hulceribꝰ: à lingua uiperæ aut aspidis, cuius uenenū immedicabile. Nec cogitant, quantū discriminis sit inter hierophantam, & sycophantam.

90 Cum Theologorū scholæ, nec Scotū, nec Petrū Lombardum, nec Occam, nec Thomam, nec Augustinū, nec Ambrosium, nec Hieronymū, nec Hilariū, nec Cyprianū, nec Chrysostomū, nec Ioannē Damascenū, nec Origenē, imò nec Petrum apostolum prorsus ab errore liberent, & ab eo quidem errore, quem si tueatis, hæreticus sis: cur nostra tam iniquo legunt iudicio?

91 At summis illis, inquiunt, hoc ciuilitatis debetur, tibi non item: imò quo magis præcelluerunt illi uel dignitate uel eruditione, hoc minus ueniæ debebatur. Neque enim, opinor, isti me inter usque adeo indoctos numerant, quos non oporteat quicquam omnino scribere.

92 Nomen hæreseos quo grauius est, & inuisius Christianis auribus, hoc turpius est, id temere cuiquam impingere. At isti nihil magis habent in promptu, nec dubitant hæresim indamare, priusquam circunspiciant, qua de re loquantur. Et quemadmodum uno sue grunniente grunniunt omnes, ita ad huius aut illius clamorem omnes eiusdem factionis sodales uociferantur hæresim.

93 Ita ualde Christiani uideri uolunt, si in Christianum sint fortiter contumelioſi. Idq; quo possint impune, principum tyrannidi fauent, & Rhomano Pontifici semper adulantur, pessime interim de illo sentientes, cui putant quicquam esse charius, quàm quod ad Christi gloriam & gregis salutem pertinet?

94 Qui simpliciter errat, fraterne monendus est. Qui nihil aliud q̄ prodesse studuit, cum fauore & candore legendus est. At mirum q̄ isti sæuiunt, quo fastu, quo supercilio censuram agunt, frequenter ubi rem non intelligunt. Nam id accidisse, docere si libeat possim: qua re quid potest esse turpius?

95 Origenes aduersus Celsum pluſq̄ hæreticū, qui totā Christi uitam indignissimis cōuicijs lacerarat, argumētis egit, nō cōuicijs. Augustinus cū Pascētio di-

ſputans, ſemper clariſſimũ uirũ appellat, cũ is iuxta Arrianorũ dogma negaret homuſion patri filiũ. Cum Pollẽtio, de diuortio ſic diſputat, ut nulla ſit uſq; hæreſeos mẽtio. Ad Madaurẽſes idololatras honorifice reſcribit, fratres dilectiſſimos, & dominos p̃dicabiles eos appellans: nec grauat̃ cauſam illorũ ſibi cõmẽdatã adiuuare.

96 Inquiſitoribus hoc datum eſt negocij, ut indices ſint, non iudices: doctores, non ſycophantæ: monitores, non calumniatores: fidei cuſtodes, non ſub fidei defendendæ prætextu tyrannidem affectantes.

97 Hæreſis non eſt, ubi non eſt ambitio, ubi non eſt malicia, ubi non eſt arrogantiæ comes pertinacia. Nec in quouis errore hæreſis eſt, ſed in ijs duntaxat, quæ proprie ad catholicam fidem pertinent.

98 Quàm iniquum eſt, impune impingere tantam contumeliam: nec uictori ullum præmium aut talio, niſi quod elapſus uidetur?

99 Chriſtus ipſe nõ extinguit linũ fumigans, nõ cõminuit baculum fractum: & nos ob humanũ lapſum, imò ob faſtũ noſtrũ alienam⁹ erecta feliciaq; ingenia.

100 An non turpiſſimum eſt, à magnis olim Theologis damnatas fuiſſe Pici Mirandulani concluſiones, ut impias & hæreticas: quæ nunc ut Chriſtianæ piæq; leguntur ab omnibus, non ſine applauſu Theologorum?

101 Iam ſentio quoſdã eſſe, qui carpẽdis aliorũ ſcriptis famã aucupant̃, cõpendiaria quidẽ, ſed ſceleratiſſima uia. Olim tibicen ille meliorẽ parandi ſubito nominis uiam monſtrauit, ut doctis ac uulgo celebribus ſe probaret: qd̃ horũ ſuffragijs futurũ eſſet, ut à populo quoq; probaret̃. Quis autem genius malus hanc rationẽ cõmõſtrauit? Ingerũt ſe trãſuerſim in opus alienũ, & unũ aut alterũ locũ uellicant, moxq; famam, quã alius cõpluriũ annorũ uigilijs ſibi parauit, uno æquant die, nec æquant modo, uerũetiã ſuperant: nam doctior habet̃ qui reprehẽſor accenſor eſt.

102 Quod hoc eſt ingratitudinis genus, totius operis laudem ſibi uindicare, ob unum aut alterum locum caſtigatum? cum diſſimulet interim, ſe tot locis fuiſſe adiutum? Perinde quaſi, ſi quis donatus ſexcentis aureis, unum alterum̃ ue ex his ὑπόχαλκον ἠὲ κίβδηλον fuiſſe clamitet.

103 Si deteſtandæ ingratitudinis eſt, bñficiũ acceptũ inficiari: quale uidebit̃, p gratis collato officio cõtumeliam reponere? Et ſi inciuilis habet̃, qui donaticij equidẽtes inſpiciat: q̃lis habebit̃, q in ope neceſſario nihil aliud quærit, niſi qd̃ arrodat?

104 Si quis exiſtat prorſus ἀναλφάβητος, & indoctus, qui pio quodam animi ſtudio gratis concinnet, aut farciat codices Euangelicos: nónne futurum eſſet, ut omnes huius pietatem exoſcularentur? Nonne huius hominis memoriam ſuis faſtis inſcriberent? Et in hoc officio, quod longe plus adfert utilitatis, & nobis non paulo pluris conſtat, tam ſunt ingrati quidam.

105 Si quis donet iſtos nouo pallio, ſi quis accipiat cœna lautiore, ſi quis nummis aliquot donet: tantum non adorant, pietatem hominis ubique prædicant: ſuæ merita, quibus abundant ſcilicet, illis impertiuntur. At hoc meo beneficio magis egebant, & oblatrant benemerenti.

106 Porrò quod obiter admonuimus quædam, quæ uidentur diſſonare cum

his,

his,quæ publicitus recepta sunt in scholis,nec sine causa fecimus,nec odiose tamen. Fortassis expediret reipublicæ Christianæ plura conuelli, quæ nunc uelut oracula publice docentur: cum priuatim fateantur se diuersum sentire.

107 Alius hoc agit,ut orbis sit Thomista:alius,ut Scotista: quin illud potius agimus omnes, ut orbis sit Christianus?

108 Iam audio iactare quosdam,à me permulta præterita,quæ forent annotatu digna. Primum illud lectorem admonitum esse uolo,me nō persecutum esse, quicquid in nouo testamento uideretur annotandum,sed ea duntaxat,quæ ad lectionis syncritatem pertinent. Etiamsi hic quoq; multa prudentes omisimus,ne lectorem oneraremus. Quod si quis adijciat nostris,gratulabor etiam utilitati publicæ. Imò si à nobis alicubi dissentiet, modo id agat argumentis non conuicijs, ut erudito dignum est:non offendar. Argumenta possunt honeste refelli argumentis:conuicia conuicijs retaliare,turpe est:cum interim ferre sit molestum. Qui rationibus agit,simplex negocium & sibi sumit,& exhibet respōsuro. At qui contumeliose dissentit,duplex sumit ac facessit negocium,geminumq; malum accersit,dum & famam lædit alienam, & sibi ipsi maledicentiæ suspicionem conciliat.

109 Prodesse ut pulcherrimum est, ita difficillimum. Lædere ut facillimū est, ita fœdissimum. Cur hæc posterior pars pleriscq; magis placet? In altera se magnos declarent,qui famam affectant apud posteros,homine Christiano dignam.

110 Si qua mihi foret incantatio,qua possem nouum hoc aspidum genus sopire,non grauarer uti. Nunc quando id non datur:aduersus istorum uenenata sibila,bonorū fauore,uelut antidoto,me consolor. Oblatrant,sed inter eruditos ferè nulli:complures ex eo hominum genere,qui se deuouisse uidentur dijs manibus,si queant bonas literas, hoc est, omneis, quas ipsi non didicererunt, funditus extinguere. Nam negligendos,opinor,idiotas ex media uulgi fece,unà cum superstitiosis mulierculis:quos isti uel redemerunt ad uociferandum,uel subornarunt. Aduersus horum maliciam,primū omnium me consolatur recta conscientia,& Christus agonotheta noster: deinde tot hominum iudicia, quorū alios uitæ sanctimonia, alios insignis eruditio, alios fortunæ splendor, alios ecclesiastici muneris dignitas, quosdam hæc omnia simul à contemptu uindicant. Quorum suffragium hoc ponderis plus habere debet, quod horū nemo sit, cuius fauorē aut emeruerim officio, aut precibus sim eblanditus. Literis ex omni terrarū plaga missis,mihi cotidie gratias agunt,quod meis lucubrationibus, qualibuscunq;, sint inflammati ad bonæ mentis,ad sacrarum literarum studium:& qui nunc̄ Erasmum uiderunt, tamē ex libris cognitum amant. Nullus est in his à me prouocatus,ut modo dixi,nec est cur mihi blandiantur,aut uenentur aliquid ex me. Experta utilitas,& gratus animus hæc mihi parauit suffragia. Vt omnibus in commune laboraui, ita gratias agunt omnes,cuiuscunque gentis,cuiuscunque ordinis. Hoc ego præmium pulchrius esse duco,c̄q; si contigisset episcopatus. Agnoscit officium meum Italia,præcipue Rhoma & Venetia. Tot Cardinales fauent nostris laboribus:sed præcipue uir in literis grauioribus absolutissimus,Reuerendissimus Cardinalis Dominicus Grymanus

Titulo

Titulo diui Marci, & omni ornamentorum genere cumulatissimus D.R. Cardinalis Titulo Sanctorum quatuor. Quin ipse totius reipublicæ Christianæ princeps LEO decimus, ut ad priorem æditionem literis humanissime scriptis adhortabatur, ita nunc ad hanc posteriorem rursus adhortatur, ut interim non commemorem episcopos, & eruditorum hominum centurias. Agnoscit Hispania, uel hoc argumento, quod Reuerendissimus Archiepiscopus Toletanus, qui hunc præcessit, bis me sollicitauit præmijs haud aspernandis, ut Hispanias adirem. Porrò qui huic successit, adhuc agens Louanij, & studijs honestissimis adnitens, ut omni uirtutum genere fortunæ magnitudini respondeat, quo me animo prosequatur, in præsentia non referam, ne uidear glorioſulus. Agnoscit Germania omnis, summorum præſulum ac principum literis me prouocans ad ampliſſima præmia. Agnoscit Hungaria, agnoscit Bohemia, episcoporum ac summatium uirorum literis mihi gratias agens. Quid enim dicam de Britannia, ubi tot mihi sunt Mecœnates, inter quos primus Clariſs. Baro, Guilhelmus Monteiouius: proximus Guilhelmus Archiepiscopus Cantuarien. totius Angliæ primas: tertius Reuerendissimus Cardinalis Eboracensis, uir acerrimi iudicij: summus rex ipse, non minus animi quàm fortunæ bonis florentissimus, quorum uterq; & benignitate sua ultro fouent ocium nostrum, & si libeat, inuitant ad ampliora. A Gallis, præcipue ab incomparabili uiro Stephano Poncherio, episcopo Parisiensi, & à rege Christianissimo iam toties inuitor non uulgaribus promissis. Postremo, quanquam nusquam gentium plus ualeant Sycophantæ, quàm apud nostros, nec unquam minor sit honos bonis literis: tamen sunt hic quoq; qui faueant pro commodo publico laboranti: quorum præcipui sunt, uir cordatissimus simul & oculatissimus D. Erardus à Marca, episcopus ac princeps Leodiensis: & clarissimus D. Philippus à Burgundia, episcopus ac princeps Traiectensis, quorum uterq; ultro defert amplam fortunam, si quid expeterem huiusmodi. E summis præcipuos duntaxat attigi, cum cotidie literis obruar, quibus mihi celebres Academiæ, quibus uiri doctrina præstantes, quibus religione commendabiles, & gratulantur & gratias agunt. Horum animis fretus, moderatius fero Sycophantarum ingratissimorũ grunnitus. Felicissimum est placuisse omnibus. Verum id quoniam nulli adhuc contigit, proximum est, placuisse optimis.

III Hæc, opinor, abunde satisfacient, qui sibi fieri satis ullo modo patietur. Cæterum qui sibi obturant aures, ne cognoscant, qui occludunt oculos, ne cernant, frustra canitur hæc fabula. Proinde sit hactenus huic negocio datum satis.

FINIS.

SOLOECISMI PER IN-

TERPRETEM ADMISSI MANIFESTARII ET INEX-CVSABILES, È PLVRIMIS PAVCI DECERPTI.

Matthæi,cap.5.pag.26.p.Quicũq; te angariauerit mille passus,uade cũ illo & alia duo. pro eo qđ dicẽdũ erat,miliariũ unũ,& alia duo. Matthæi,cap.6.pag.31.m.Magis pluris estis uos. Cũ huiusmodi cõduplicationes cõparatiuorũ,quas Augustinus in libris De locutionibus ueteris testamenti docet ex hebræi sermonis proprietate, Rhomanus sermo non recipiat.

Cap.7.pag.32.m.Videbis eĳcere,pro,dispicies ut eĳcias, græcam figurã reliquit, Nam Latinis, Videt eĳcere,qui uidet eĳcientem.

Cap.8.pag.35.f.Quid nobis & tibi,pro eo quod erat:Quid tibi nobiscũ? Rursus græci sermonis proprietatẽ reliquit. Neq; enim dicimus,quid mihi & longis tibĳs, sed,quid mihi cum longis tibĳs? τίμοι καὶ μακροῖς αὐλοῖς;

Cap.11. pag.40.f. Cum consummasset præcipiens, græce dixit interpres, pro eo quod erat,finem fecisset præcipiendi.

Eodem cap.pag.41.p.Pauperes euangelizantur, græce dixit. Neq; enim minus solœcon est,pauperes euãgelizant,cꝫ pauperes annũciant,cũ illis quippiã nũciat.

Cap.15.pag.53.p.Tunc accesserunt ad eum ab Hierosolymis Scribæ,pro, Scribæ Hierosolymitani.cum græce sit, οἱ ἀπὸ Ἱεροσολύμων γραμματεῖς.

Cap.20.pag.66.p. Principes gentium dominantur eorum. primum eorũ dixit, pro,earum,græco genere relicto.Deinde dominantur eorũ, pro, dominantur eis, græco casu per incuriam relicto.

Ibidem.Filius hominis non uenit ministrari.græce dixit,sed male latine, pro eo quod erat, Non uenit ut sibi ministraretur. Quanquàm hoc ipsum uenit ministrare,pro,ad ministrandum, non est latinum.

Cap.22.pag.69.f.Impletæ sunt nuptiæ discumbentium.genitiuum græcum reliquit oscitans interpres,pro,impletæ sunt discumbentibus.

Eodem.pag.70.m.Neq; nubent,neq; nubentur.Quis unq; audiuit nubentur?

Cap.24.pag.74.m. Opiniones bellorum dixit,pro,rumores bellorum.

Iam in hac cõiunctione,quia,siue cũ,pro qđ abutit,siue cũ iuxta græci sermonis pprietatẽ addita,latinis superuacua est.Velut Ioannis,cap.1.pag.167.f. Confessus est,quia nõ sum ego Christus.Nam ut donemus quia idem pollere cũ,qđ. Quid aliud dictũ est,nisi Baptistam fuisse cõfessum,qđ Euangelista non esset Christus? Rursum apud eundẽ,cap.4.pag.174.p.Recte dixisti,quia uirum nõ habeo.Quid aliud expressit,cꝫ Samaritanã dixisse,qđ Christus uirum nõ haberet? Item apud Marcum,cap.12.pag.107.f.Dicẽtes quia ego sum. Rursum Lucæ.1.pag.120.p. Quia nemo est in cognatione tua &c. Quia plane redundat.

Lucæ

Lucæ.cap.1.pag.119.f. Memorare dixit,pro meminisse.

Cap.4.pag.131.p. Quanta audiuimus,uertit,quæ siue quæcunq; audiuimus.Similiter apud Ioannẽ cap.22.pag.187.f. Tanta signa dixit,pro tot,siue tam multa.

Lucæ.19.pag.152.m. De pecunia locutus, subiunxit, exegissem illud,somnians se græce loqui,nam ἀργύριον,quod hic uertit pecuniam,Græcis neutri generis est.

Item cap.23.pag.159.m.Et uentres quæ non genuerunt.quæ dixit pro qui,putans se græce loqui,quod κοιλία fœminini generis sit.

Ioannis cap.1.pag.166.p.Gloriam quasi unigeniti à patre. periculoso solœcismo dixit quasi, pro tanquàm. Nam quasi simulationem declarat non ueritatem. At Christus erat uere unigenitus patris.

Cap.3.pag.173.f. Non coutuntur Iudæi Samaritanis. Vt demus recte dici,utuntur Samaritanis pro,habent commercium cum illis,quis unquàm dixit couti, pro mutuum inter se habere commercium?

Cap.6.pag.178.p.Fuit ad terram,pro,appulit ad terram.

Cap.7.pag.179.f. Festo mediante dixit, græcam uocem imitatus, sed audacter magis q̃ feliciter, cum paraphrasi licuit uti.cum dimidium festi peractum esset.

Cap.14.pag.189.f.Et maiora horum facient,pro,maiora his,dixit,oblitus se Latine loqui.

Cap.15.pag.191.f. Vt fructum plus adferat,p, plus fructus adferat,siue, fructum uberiorem adferat. Nam Græcis est πλείονα καρπὸν.

Eodem.pag.192.p.Cum præcessissetpalmites, subiunxit: Et colligent ea, græco genere seruato,quod κλῆμα neutri generis sit:Nam numerus ideo tolerabiliter mutatus est apud Græcos,quod antea collectiue dixerit,omnem palmitem. Vt dissimulem interim quod paulo superius bis addidit eum, ex idiomate sermonis Hebraici: Omnem palmitem non ferentem fructum, tollet eum: & omnem qui fert fructum,purgabit eum. Etiamsi idem uitium sermonis est in Græcis.

Actorũ,cap.2.pag.203.p.Ad inuicẽ dicentes,pro,inter se dicentes.Quis unquam Latinus dixit ad inuicem? Non magis profecto quàm ad mutuo.Et tamen hic sermo apud interpretem creberrimus est.

Cap.3.pag.205.m.Pœnitemini igitur,uerbo inaudito dixit,pro, μετανοήσατε,cum latine dicere potuisset,resipiscite.

Cap.5.pag.207.f.Cum præmisisset agrum,oblitus se latine loqui, uertit uenundatum, quod κτῆμα & χωρίον Græcis neutri generis sit.

Cap.7.pag.210.f. Multi eorũ qui habebant spiritus immundos, clamantes uoce magna,exibant.Quid potuit absurdius dici? cum sensus sit: Spiritus cum ingenti uociferatione exisse,ab ijs qui ab illis tenebantur.

Cap.10.pag.214.p.Per ter dixit,pro,ter,siue tribus uicibus.

Cap.16.pag.221.m.Foras portam,pro,è porta.

Cap.17.pag.223.p.Q̃ celeriter dixit,pro,q̃ celerrime,cum Græce sit ὡς τάχιστα.

Cap.20.pag.230.f.Cum præcesserit uerbum,subijcit,qui potens est,pro, quod potens,quod Græcis λόγος sit masculini generis.

Cap.

Cap.20.pag.230.f. Nec facio animam meam pretioſiorem quàm me. Neq; uerba græca reddidit interpres,neque ſenſum, cum ſit Græcis, οὐδὲ ἔχω τὴν ψυχήν μου τιμίαν ἐμαυτῷ.

Cap.21.pag.231.m.Et cum ſuadere ei non poſſemus, inquit, cum antea narraſſet illos ſuaſiſſe. Videlicet hic abuſus ſuadere,pro, perſuadere.cum plurimum interſit.

Cap.26.pag.237.m.De omnibus quibus accuſor à Iudæis rex Agrippa, æſtimo me beatum apud te, cum ſim defenſurus me hodie,maxime te ſciente omnia,quæ apud Iudæos ſunt conſuetudines & quæſtiones. Primum, ut diſſimulemus,quibus accuſor dictum,pro,de quibus accuſor: æſtimo, pro, exiſtimo, quod beatum apud te dixerit,pro, qui defenſurus me ſim apud te, quàm craſſus ſolœciſmus eſt, quod cum præceſſerit omnia,mox ſubiicit,conſuetudines & quæſtiones, non animaduertens græcum genus,quod reliquit in omnia,fuiſſe mutandum.Quis enim audiuit unquam omnia conſuetudines? Eamus nunc & contendamus nuſquam dormitaſſe interpretem.

In epiſtola Pauli ad Rhomanos, cap.2. pag.258.p. Teſtimonium illis reddente conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationum accuſantium aut defendentium. cum genitiuum græcum abſolute poſitum, uerterit in ablatiuum, reddente cõſcientia,quæ ſupinitas erat alterũ genitiuũ relinquere, iratis grãmaticis omnibus?

Cap.10.pag.283.m.Quis credidit auditui noſtro? Quis unquam latine loquens, auditum, dixit ſermonem loquentis?

Cap.12.pag.289.p.Odientes malum,pro, odio habentes.

In epiſtola ad Corinthios .2.cap.8.pag.377.m. Non minorauit, dixit pro, non minus habuit.

In epiſtola ad Philippenſes cap.4.pag.439.f.Refloruiſtis pro me ſentire.pro eo quod erat,reuiguit ueſter in me affectus.

In epiſtola ad Hebræos cap.3.pag.501.p. Quanto ampliorem habet honorem domus,qui fabricauit eam.cum ſenſus ſit, quanto maiorem honorẽ habet qui condidit domum, q̃ ipſa domus. Et interim negamus referre quomodo loquamur, cum ob hunc ſolœciſmũ Thomas & hunc ſecuti recentiores,fœdiſſime lapſi ſint.

Cap.6.pag.505.m.Per maiorem ſui,dixit pro, maiorem ſe, nõ cogitans ſe Latinis loqui, non Græcis.

In epiſtola Iacobi cap.1.pag.519.p.cum ait:Deus intentator eſt malorum,nónne de deo irreligioſe locutus eſt? cum intentator dicatur,qui impingit mali quippiam. Sentit autem deum neq; tentare quenquam malis,neq; tentari.

In Apocalypſi cap.1.pag.543. Mirus & inſignis eſt ſolœciſmus in ſermone græco, ἀπὸ τοῦ ὢν, καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. Nam qui cohæret, ὁ ὢν cum iis quæ præcedunt ἀπό? Deinde quid ſonat ullis ὁ ἦν? Rurſus,qui quadrat ὁ ἐρχόμενος cum ἀπὸ τοῦ? Qui putant Apocalypſim ab Ioanne conſcriptam,negent ſi uolent,uſq; apoſtolos male græce locutos. Nam id quidã cõtendunt,uidelicet apoſtolorũ patroni.

Luc.21.pag.154.m.Et ois populus manicabat ad eũ.qd apud Græcos eſt ὠρθρίζε, latina uoce eſt imitatus,ſed impudenter. Quis em̃ ferat manicare, p, mane uenire?

LOCA OBSCVRA

ET IN QVIBVS LAPSI SINT MAGNI NOMINIS INTERPRETES, EX INNVMERIS PAVCA DECERPTA, VT SIT AD manũ quod obijciatur eis, qui dicunt ſuperfuiſſe, quod noſtris annotationib⁹ foret explicandũ.

MAtthæi cap.1.pag.6.&.7. Traducere perperã intellectum à Magiſtro ſententiarum.

Cap.11.pag.41.m. Regnũ cœlorũ uim patitur, pleriq; interpretantẽ de ui cohibendis affectibus, cum Chriſtus ſentiat gẽtes & peccatores uiolentia fidei irrumpere, cum Iudæi inuitati nollent ingredi.

Lucæ cap.1.pag.112.f. Rerum quæ in nobis cõpletæ ſunt, quis Latina intellexiſſet, niſi cõſultis Græcis, cũ Euangeliſta ſentiat, res quas narraturus ſit certas eſſe, cõpertæq; fidei. Interpres nihil putauit intereſſe, inter πεπληροφορημένων & πεπληροφορημένων.

Eodem.pag.119.f. Diſperſit ſuperbos mente cordis ſui. Vulgus interpretum putat eſſe ſenſum, quod deus cogitatione ſui cordis diſperſerit ſuperbos, cum ſenſus ſit, ſuperbos à deo diſſipatos, ſuis ipſorum conſilijs & cogitationibus: qua de re nulla eſt apud Græcos tergiuerſatio, cum illi legant, καρδίας αὐτῶν.

Eodem.pag.120.m. Iuſiurandum quod iura.ad Ahraham pa.no. daturũ ſe nobis. Solennis diſtinctio qua chorus eccleſiaſticus uerſus hos diducit, ob prolixiorẽ, ut opinor, ſententiam, effecit ut complures non animaduertant uerum ſenſum, ut illic indicauimus. Ac mox in remiſſionẽ, cum ſit in remiſſione, pro, per remiſſionẽ. Ac mox: Oriens, nomen eſt ſubſtantiuũ, cum uulgus putet eſſe participiũ. Sunt & alia in hoc cantico, quod cotidie canitur in templis, & à paucis intelligitur.

Cap.2.pag.123.f. Tuam ipſius animã pertranſibit gladius. In tuam ipſius, lapſus eſt Hugo Carrenſis, & Lyranus. In pertranſibit, lapſus Auguſtinus, exiſtimans pertranſire dictum p, præterire, ut aliquoties inuenitur. cum Græce ſit διελεύσεται, per medium ibit, ſiue perfodiet.

Cap.19.pag.152.f. Si cognouiſſes & tu. Locus obſcurus, & hactenus à paucis intellectus.

Cap.22.pag.155.m. De emendo gladio, reiecta Lyrenſis & recentium interpretatio, uelut à Chriſti mente alieniſſima.

Ioannis cap.12.pag.187.f. Adhuc modicum lumen in uobis. Vulgus interpretatur, pauxillum lucis eſſe in apoſtolis, cum ſenſus ſit, Chriſtum lucem exiguo tempore apud illos uerſaturum.

In Actis.

In Actis cap.20.pag.230.m. Nec facio animā meam pretioſiorē q̄ꝫ me. Quis intel ligat ſenſum, cum male reddiderit interpres? Sed de hoc dictum eſt in ſolœciſmis.

In epiſtola ad Rhomanos, cap.2.pag.257.m. Quærentibus uitam &c. Sic reddidit interpres, ut ſenſus percipi non poſſit.

Cap.3. pag.259.f. Credita ſunt illis eloquia. Lyranus interpretatur, quod Iudæi fidem habuerint eloquijs, cum ſenſus ſit, illis eſſe commiſſa, ſiue concredita eloquia dei.

Cap.5.pag.267.m. Nam iudicium quidē ex uno. Vulgus accipit ex uno Adam, cum ſenſus ſit ex uno peccato.

Cap.11.pag.285.m. Vt illos æmulentur. Thomas quadruplicem ſenſum induxit, nec tamē attigit uerum, cum hæc ſit ſententia: ut deus illos ad æmulandum prouocaret.

Cap.12.pag.287.m. Rationabile obſequium. Vulgo interpretantur, moderatam macerationem carnis, cum ſenſus ſit, deo immolandam uictimam non brutam, ſed rationis participem, hoc eſt, ipſum hominem.

Cap.14.pag.294.p. Alius iudicat diem ad diem: alius iudicat omnem diem. Sic interpretatus eſt Auguſtinus, ut uideatur procul abeſſe à ſenſu Pauli. Etiamſi non nihil torquet hunc locum Ambroſius: nam Paulus agit de ſuperſtitioſa obſeruatione dierum ad exemplum Iudæorum, cum Chriſtianis olim omnes dies æque ſacri fuerint.

Eodem.pag.293.m. Qui infirmus eſt, holus manducet. Sic uulgo interpretantur, quaſi iubeat ſuperſtitioſos holeribus ueſci. Imò Paulus mallet nullum eſſe ſuperſtitioſum. Sed oſtendit, quid faciat firmus, fretus ſua fide, quid infirmus obſequens ſuæ ſuperſtitioni.

Eodem.pag.294.m. In ſuo ſenſu abundet. Abundare ſuo ſenſu, pertinacis eſt. Paulus ſentit, ut in his quæ citra uitium uel fieri, uel non fieri poſſunt, unicuiq̄ ſua mens ſatiſfaciat.

In epiſtola prima ad Corinthios. pag.309.m. Spiritualibus ſpiritualia comparantes. Vulgo ſic accipiunt, quaſi uiris ſacris ſacra conueniant, cum Paulus ſentiat, genus ſermonis adhiberi deberi rebus ſpiritualibus aptum.

Cap.3.pag.311.m. Lignum, fœnum, ſtipulam, interpretantur de uitioſis actibus, & gradibus peccatorum. cum Paulus ſentiat de doctrina quorundam apoſtolorum inſyncera, quæ ad exactum iudicium improbaretur, periretq̄ opera tum eorum qui didicerunt, tum eorum qui docuerunt dediſcenda.

Cap.10.pag.340.m. An æmulamur dn̄m, p eo quod eſt, ad iram prouocamus?

In epiſtola.2. ad Corinthios, cap.1.pag.360.f. Ex multarum perſonis facierum. Locus eſt obſcuriſſimus, & à nobis uarie explanatus.

Ioan. cap.18.pag.193.f. Ad Caipham. Vbi ob locum deprauatum tota uia aberrat Auguſtinus.

Cap.4.pag.367.p. Vt ſublimitas ſit uirtutis dei. cum ſit ſenſus, ut ſublimitas uirtutis per nos æditæ, ſit dei, & non ex nobis.

Cap.5.pag.370.m.Si qua in Christo noua creatura,sensus est,si quis est in Christo,is est noua creatura.

Cap.8.pag.378.p. Destinatam uoluntatem, Thomas interpretatur, ab æterno prædestinatam, multum aberrans à sensu Pauli, cum is dixerit προθυμίαν, id est, animi promptitudinem,siue propensionem.

Ibidem.f.Gloriæ Christi.Locus est obscurus,sed paucis hic indicari non potest.

Cap.10.pag.383.p.Sed ipsi in nobis. Locus obscurus & uulgo parum intellectus. Ne is quidem paucis potest annotari.

In epistola ad Galatas,cap.1.pag.394.m.Non acquieui carni & sanguini. Thomas ac uulgus recentiorũ interpretantur, Non acquieui uitijs carnalibus,cum Paulus neget se contulisse Euangelium suum cum Petro & cæteris apostolis hominibus,quos carnem & sanguinem uocat.

In epistola ad Ephesios, cap.1.pag.414.p. Vulgus legit: Super omnẽ ecclesiam, cum sensus sit,Christum esse summum caput ecclesiæ suæ,præfectum omnibus,ut cui data sit omnis potestas.

Ibidem.cap.2.m.Potestatis aëris.Locus hactenus à paucis intellectus.

In epistola ad Philippenses,cap.1.pag.431.f. Dum omni modo siue per occasionem.Quanquam id paucis annotari non potest.

Cap.2.pag.433.&.434.Formam serui accipiens &c. Secus explanata, q̃ uulgus explanat.

Ibidem.f.Et perficere.Putant esse consummare,cum sit ἐνεργεῖν,hoc est,agere.

Eodem.pag.435.m. Supra sacrificium. Locus longe secus intelligendus, quàm uulgo exponant.

In epistola ad Colos. cap.2. pag.444.m. Diuitias plenitudinis. cum Græce sit πληροφορίας.non potest esse alius sensus, quàm ut optet illis Paulus certissimam fidem & persuasionem mysterij.

Ibidẽ.Ne quis uos decipiat,dixit,p depredet. quod certe interpretis est uitium.

Cap.2.pag.445.p.Chirographum decreti.Locus uulgo paucis intellectus.

Ibidem mox. Traduxit, expensa Augustini interpretatio. Quo loco Thomas miserabiliter lapsus est.

Ibidẽ.f.Nemo uos seducat.p eo quod erat,nemo uobis præmium interuertat.

Eodem.pag.446.f.Ambulans in his quæ non uidit. Locus non à quibusuis intellectus,in quo lapsus uidetur & Augustinus.

Ibidem.f.Quid adhuc decernitis, ut male uertit interpres, ita uulgus perperam intelligit.Nam Paulus sentit,eos nõ amplius debere teneri decretis humanis.

Cap.3.pag.448.f.Exultat, uertit, βραβευέτω. Et interpretem secuti recentiores interpretes, tota aberrant uia.

In epistola ad Hebræos,cap.2.pag.493.m.Minuisti eum paulo minus ab angelis. Secus expositus locus, quàm uulgus accipit.

Ibidem mox.pag.500. Decebat em̃. Quod de patre dictum est,uulgo ad filium referunt,perperam legentes consummari,pro consummare.

Ibidem.

Ibidem.f.Et tentatus.Locus noue & uere expositus,& restituta lectio.

Cap.3.pag.501.p.Ampliorem honorem domus.& lectionem palam uitiatam,& sensum hactenus non intellectum ostendimus.

Cap.5.pag.503.m.Interpretabilis ad dicēdum.Thomas anxie torquetur,ob culpam interpretis,qui debuerat uertere,difficilis enarratu,siue ad interpretandum.

Ibidem.p.Et quidem cum esset.Locus uehementer obscurus,sed explanatus.

Cap.11.pag.513.p.Castra uerterunt. Quidam interpretantur pro,euerterunt,cum sentiat esse uersa in fugam.

Ibidem.m. In melotis. Thomas hoc loco insigniter allucinatus est.

Cap.13.pag.516.p.Placuerunt quidam angelis ho.re. Vt deprauate legimus uulgo,ita perperam intelligimus, cum sit sensus, quosdam inscientes excepisse angelos hospitio,quos homines esse putabant.

In epistola Petri.1.cap.2.pag.526.f. Quasi modo geniti infantes rationabiles, lac &c.Ex deprauata lectione sequitur sensus deprauatus.cum Petrus non uocet pueros rationabiles, sed lac animi non corporis rationale uocat.

Cap.2.pag.528.m.Tradebat autem iudicanti se iniuste. Vt uulgo deprauate legimus,ita perperam exponimus, cum Petrus sentiat Christum non sumpsisse sibi uindictam,sed eam tradidisse patri,qui iuste iudicat.

Cap.3.pag.529.p.Pertimentes ullam perturbationem.cum sensus sit, non expauescentes ullo pauore.

Ibidem mox.Honorē impartientes. cum Petrus loquatur de abstinentia coitus, recentiores exponunt de cultu & uictu prospiciendo uxori,iuxta illius dignitatem. Item quod sequitur de non interrumpendis precibus, interpretatur, non exaudiri preces,nisi concordet uir & mulier.

Ibidē.m.In fide legimus,p,in fine,siue in summa,& hinc mirus error interpretū.

Ibidem.f.Mortificatos quidem carne.ob deprauatam lectionem, toto cœlo errant interpretes neoterici.

Cap.4.pag.530.f.Estote itaq; prudentes.cum Petrus iubeat illic non esse sobrios.

In epistola Petri.2.pag.535.m.Et habemus firmiorem. Locus antehac parum intellectus.

Ibidem in fine.Aspectu enim & auditu.Locus longe secus enarratus, quàm antehac intellectus est.

Pag.536.p.Sectas non metuunt &c.Locus noue expositus.

In epistola Ioannis.1.cap.5.pag.539.f. Non pro illo dico ut roget quis &c. Locus difficillimus noue explanatus.

Ioannis in Euange. cap.5. pag.175.m. Probatica piscina putant cohærere, cum probatica,sit nomen loci,in quo erat piscina.

Cap.11.pag.185.Duodecim horæ diei. secus expositi q̄ uulgus accipit.

Act.cap.24.pag.236.f.Patri & deo, pro, patrio deo. Et hinc mirus interpretum tumultus.

LOCA MANIFESTE DEPRAVATA, SED EX INFINITIS, VT OCCVRREBANT, PAVCA DECERPTA.

Matthæi cap.3.pag.16.f. Appropinquabit,pro,appropinquauit:sed potius appropinquat, in quo perpetuo penè peccatum est à scribis.

Cap.4.pag.19.f. Angelis suis mandauit,pro,mandabit: errorem errore pensante scriba.

Cap.8.pag.35.p. Imperauit uentis,pro,increpauit. Ad eundem lapidem impegerunt Luc.cap.4.pag.131.m. Imperauit febri,pro,increpauit.

Cap.12.pag.46.m. Spiritus autem blasphemiæ, pro, spiritus blasphemia. Quo loco mendum lectionis turpiter imponit interpretibus neotericis.

Cap.22.pag.70.m. Nubent & nubentur,pro,nubunt & nubuntur.

Cap.23.pag.73.m. Qui mundatis &c. pleni estis,mendose legimus ,p,plena sunt.

Lucæ cap.5.pag.96.f. Ad Archisynagogum, pro,ab Archisynagogo.

Actorum,cap.1.pag.201.m. Erant autem hominum,pro, nominum.

Actorum,cap.14.pag.219.f. Italiam,pro, Attaliam.

Marci,cap.8.pag.103.p. Qui me confessus fuerit: Confessus,deprauatum est,pro confusus.

Lucæ cap.1.pag.120.f. In remissionem,pro,in remissione,hoc est,per remissionẽ.

Cap.8.pag.136.m. Et non poterat audire. Audire,deprauate legimus pro adire.

Ibidem mox. Compellebantur,pro,complebantur.

Cap.9.pag.137.f. Et inde ne exeatis,pro,& inde exeatis.

Cap.10.pag.139.m. Pro septuaginta legimus, septuagintaduo.

Eodem.pag.140.m. Suspiciens autem Iesus,pro,suscipiens,ὑπολαβὼν.

Cap.12.pag.145.f. Et duo in tres diuidentur. Vitiosa distinctione sensum corrupimus.

Cap.14.pag.147.m. Neq; uicinos,neq; diuites. legendum, neq; uicinos diuites. Nam à pauperibus uicinis nihil erat periculi, ne uicissim non uocent ad cõuiuium.

Cap.15.pag.148.p. Euertit,pro,euerrit,siue uerrit,cum græce sit σαροῖ. Id mendi & in uetustissimis exemplaribus inoleuit.

Ibidem mox. Consummasset,scriptum est pro,consumpsisset.

Ibidem.f. Deuorauit substantiam suam,pro,substantiam tuam.

Cap.16.pag.150.p. Et sepultus est in infemo. Vitiosa distinctio uitiauit sensum. Nam post,sepultus est, apud Græcos colon est.

Cap.

Cap.23.pag.160.p.Qui in eadem damnatione es.Qui,deprauatum est pro,quia siue,quod.

Ioannis,cap.1.pag.168.m.Hæc in Bethania facta sunt.Bethania,pro,Bethabara corrupte scriptum est.

Ibidem.f.Qui tollit peccata mundi, cum sit,peccatum mundi.

Cap.5.pag.175.m.Bethsaida,pro, Bethseda.

Cap.7.pag.179.m.Non uolebat,pro,non ualebat, hoc est,non poterat.

Cap.10.pag.185.f. Vt glorificetur filius dei per eum. cum legendum sit, per eam, uidelicet infirmitatem.

Ioannis, cap.18.pag.193.f. Ad Caipham, pro, à Caiapha. Quo loco lapsus est Augustinus.

Cap.21.pag.197.p. Sic eum uolo manere,pro,si eum uolo manere.

Actorum,cap.15.pag.220.m.Dirupta,pro,diruta scriptum est.

Ibidem mox.Suffusa,pro suffossa.

Cap.16.pag.221.p.Vidua,scriptum est pro,Iudæa.

Cap.19.pag.227.m.Virtutesq; non modicas quaslibet.Duplicem lectionē commiscuit scriba.

Cap.24.pag.236.m.Patri & deo meo,pro,patrio deo meo.

Cap.27.pag.239.p. Ciuitas Thalassa,pro,ciuitas Lassea.

Eodem.pag.240.f.In locum bithalassum,pro,dithalassum,hoc est,bimarem.

Ibidem mox. Insigne Castrorum, pro, insigne Castorum, hoc est, Castoris & Pollucis.

Epistо.ad Rhomanos,cap.3.pag.260.p.Est,pro,esto.

Cap.8.pag.272.f.Sapientia carnis inimica est,pro, inimicitia est.

Cap.9.pag.279.m.Ex uno concubitu,pro,ex uno concubitum habens. Vbi deprauatam lectionem sequitur & sensus deprauatus.

Cap.10.pag.282.p.Moses enim scripsit.Locus deprauatus, qui tamen paucis indicari non potest.

Cap.12.pag.290.f.Mihi uindictam,pro,mihi uindicta,siue,mea est uindicta.

Cap.13.pag.292.f.Nox præcessit,pro,processit,hoc est,progressa est.

Cap.14.pag.296.f.Tu fidem quam habes, in teipso habes,pro, tu fidem habes, in teipso habe.

Cap.16.pag.301.m.Asiæ scriptum est,pro,Achaiæ.

Ibidem.Asineretum,pro, Asyncritum.

Epistol.ad Corinthios.1.cap.1.pag.304.f. In eadem scientia, pro, in eadem sententia.

Cap.2.pag.308.m.Nunquam,pro, nequaquam.

Cap.8.pag.336.p.Idolotica,pro, Idolothyta.

Cap.11.pag.342.f.Quod pro uobis tradetur,pro,quod pro uobis frangitur.

Cap.12.pag.343.f. Dicit anathema Iesu,pro,dicit anathema Iesum.

Eodem.pag.345.p.Gloriatur,pro,glorificatur, δοξάζεται.

Cap.14.pag.347.f.Spiritus loquitur,pro, ſpiritu loquitur.

Eodem.pag.349.m. Quis ſupplet locum idiotæ, pro, qui ſupplet &c. Vna litera addita,& diſtinctionem & ſenſum corrupit.

Eodem.pag.351.p.Quid inſanitis,pro,quod inſanitis.

Eodem.pag.353.m.Nouiſſime autē inimica,pro,nouiſſima autē inimica.

Ibidem mox.Propter ueſtram gloriam,pro,per noſtram gloriam, ut ſit iurantis.Et hic lectio mendoſa totam ſubuertit ſententiam.

Epi.ad Corint.2.cap.1.pag.361.p. Legiſtis & cognouiſtis,p,legitis & cognoſcitis.

Cap.5.pag.369.f.Excedimus,pro,excidimus, cum græce ſit ἐξέσημεν.

Cap.8.pag.376.m.Ingenium,pro,ingenuum, hoc eſt,ingenuitas.

Cap.12.pag.390.Sed eſto,ego uos grauaui,pro,eſto, ego uos non grauaui.

Ad Galatas,cap.2.pag.400.m.Quoniā reprehenſibilis erat,p,reprehenſus erat.

Cap.4.pag.407.m.Bonum autem æmulamini,pro,bonum autem æmulari.

Ad Epheſios, cap.2.pag.419.p. Decretis euacuans, pro, in decretis. Hic omiſſa præpoſitio, totum ſenſum ſubuertit.

Cap.6.pag.429.f.Et in omnibus perfecti ſtare,pro, perfecte ſtare.

Ad Theſſalonicenſes,cap.2.pag.452.m. Vt crederetur à nobis. A, redundat, & ſenſum uitiat.

In ſecundam,cap.1.pag.459.f.Retribuere retributionē, p, retribuere afflictionē.

In epiſtol. ad Timothæum.1.cap.4.pag.472.p. Aſſecutus,pro,aſſectatus.

In epiſt.ad Theſ.cap.3.pag.462. Per epiſtolam hanc.hunc,legendum, nō hanc.

In epiſtol. ad Timotheum.1.cap.2.pag.468.f. Si manſerit,pro,ſi manſerint. Vbi deprauata lectio,& ſenſum totum corrumpit.

Ad Timoth.2.cap.4.pag.484.m.Et fratres eius,pro, & fratres omnes.

Ad Heb.cap.2.Decebat enim.cōſummari mendoſe ſcriptū eſt, pro,cōſummare.

Cap.13.pag.516.p.Placuerūt angelis hoſpitio acceptis. de q̄ & ante meminimus.

Epiſtol. Iacobi,cap.3.pag.521.m. Cæterorum,pro,cæterum.

Cap.5.pag.522.f.Adduxiſtis,pro,addixiſtis.

Epiſtol. Petri.1.cap.2.pag.527.p. Domos ſpirituales,pro,domus ſpiritualis.

Cap.3.pag.529.In fine autem,pro,in finem, aut in ſumma.

Eodem.pag.530.p.Mortificatos carne,pro,mortificatus carne.

Cap.5.pag.533.f.In Babylone collecta,pro, in Babylone coëlecta.

Epiſtol. Iudæ, pag.541.m.Imperet tibi deus, pro increpet te deus.

Matthæi.1.pag.4.f.Mater Ieſu Maria,pro, mater eius Maria.

Rurſus pag.10.m.Et uocabitur nomen eius,pro,uocabunt nomen eius.

Cap.5.pag.23.f.Reconciliari fratri tuo,pro, reconciliare.

Cap.26.pag.82.p.Quod dixerat,pro,qui dixerat.

Marci.11.pag.106.m.Timemus populum,pro, timebant populum.

Lucæ.1.pag.116.m.Sorte exĳt,pro, ſors exĳt.

Ad

AD PLACANDOS

EOS, QVI PVTANT IN SACRIS LIBRIS NIHIL NEQVE SVPERESSE, NEQVE DEESSE, QVAEDAM EXCERPSIMVS, QVAE MANIFESTIVS DEPRAVATA SVNT IN HOC GENERE, QVÀM VT NEGARI POSSIT.

MAtthæi cap.2.pag.15.f.Ploratus & ululatus.cum græci codices habeant, lamentatio,ploratus,ac fletus.Et ita recitet Hieronymus,pariter & iuxta Septuaginta, & iuxta Hebraicam ueritatem.

Cap.3.pag.18.p.Iam enim ſecuris.legẽdum iuxta Græcos:Iam enim & ſecuris.

Cap.12.pag.45.f. Indicat Hieronymus omiſſum quiddam in uaticinio Eſaiæ.

Cap.15.pag.56. Quem dicunt homines eſſe filium hominis? cum & in græcis & in uetuſtis codicibus habeatur,quem me dicunt eſſe &c.

Cap.17.pag.85.p.Liberet eum ſi uult.legendum,ſi uult eum.

Marci cap.1.pag.91.p.Quia in poteſtate ſpiritibus imperat.legendum, & ſpiritibus imperat.

Lucæ cap.4.pag.131.p.Impleta eſt ſcriptura.legendum,ſcriptura hæc.

Cap.7.pag.135.p.A filijs ſuis.legendum:Ab omnibus filijs ſuis: iuxta Græcos & Ambroſium, ſic etiam interpretantem.

Ioannis.1.pag.167.p. Et gratiam pro gratia. Et,redundat.

Cap.3.pag.173.p.Qui de terra eſt,de terra loquitur.legendum: Qui de terra eſt, de terra eſt, & de terra loquitur.

Cap.6.pag.178.m. Nónne hic eſt filius Ioſeph? cum iuxta Græcos & Auguſtinum legendum ſit:Nónne hic eſt Ieſus,filius Ioſeph?

Epiſtola ad Rhomanos,cap.12.pag.288.f.Habentes donationes.legendum:Habentes autem donationes.Omiſſa coniunctio ſenſum ſubuertit.

Epiſtola ad Corinthios.1.cap.7.pag.324.m. Quod honeſtum eſt, & facultatem præbeat dominum ſine impedimento obſecrandi.

Cap.9.pag.337.p.Et qui triturat.Deſunt quædam apud nos.

Epiſtola ad Galatas,cap.3.pag.404.f. Teſtamentum confirmatum à deo &c.Iuxta Græcos & Ambroſium deeſt, in Chriſtum.

Epiſtola ad Theſſalo.1.cap.3.pag.456.m.Miniſtrum dei.Iuxta Græcos & Ambroſium deeſt,& cooperarium noſtrum.

Epiſtola ad Philemonem.pag.490.f.In Chriſto Ieſu &c. Ante hæc uerba deeſt, qđ eſt in nobis:iuxta græcos codices, Chryſoſtomũ,Ambroſium,& Hieronymũ.

Epiſtola Petri.1.cap.4.pag.532.p.Deſunt quædam apud nos iuxta Græcos.

Quæ

QVAE SINT ADDITA IN NOSTRIS EXEMPLARIBVS.

EPistolæ ad Ephesios,cap.2.pag.417.m.Et cõuiuificauit. Cõuiuificauit, nec est apud Græcos,nec apud Hieronymum, nec Ambrosium,nec in uetustissimis codicibus.

Epist.Ioannis.1.cap.2.pag.538.m. Quæ nõ est ex pa.Quæ,redundat.

Epist.ad Timotheum.1.cap.2.pag.468.p.Cuius testimonium &c.Cuius,& confirmatum est,non sunt apud Græcos.

Epist.ad Timotheum.2.cap.2.pag.481.f.Fidem,spem.Spem,nec est apud Græcos,nec apud Ambrosium, nec in uetustis exemplaribus.

Cap.2. pag.482.p. Qui resistunt ueritati. Veritati, redundat, iuxta Græcos & Ambrosium.

Cap.3.ibidẽ.Cæci,redundat,nec est in Græcis, nec in Latinis antiquis, nec apud Chrysostomum,nec apud Ambrosium.

Epist.ad Colossenses,cap.1.pag.443.p.Omnem plenitudinẽ diuinitatis.Diuinitatis,redundat:nec apud Græcos additur, nec apud Ambrosium.

Epist.ad Hebræos,cap.4.pag.502.m.Confessionẽ spei nostræ. Spei nostræ, nec est apud Græcos, nec apud Chrysostomũ addit᷑,nec in exẽplaribus uetustissimis.

Cap.5.pag.503.m.Cum esset filius dei.Dei,redundat iuxta græcos codices. Item iuxta Chrysostomum & Vulgarium interpretes.

Epist.ad Rhomanos,cap.8.pag.277.f.Neque futura, neque fortitudo &c. Fortitudo,non est apud Græcos.

Cap.11.pag.284.p.Saluæ factæ sunt &c.Duæ dictiones redundant,dei,& saluæ.

Epist.ad Corinthios.1.cap.6.pag.319.f.Empti enim estis pretio magno. Magno, redundat iuxta Græcos,Chrysostomum, & Ambrosium.

Matthæi cap.5. pag.23.m. Sine causa. εἰκῆ iuxta Hieronymum eradendum est, etiamsi sic interpretetur & legat Chrysostomus.

Lucæ cap.11.pag.141.f.Lucerna corporis tui. Tui,additum est.

Cap.13.pag.156.f.Sata tria,in Luca sunt addita,ex Matthæo.

Mat.cap.5.pag.26.m.Diligite inimicos uest.apud Græcos plus est q̃ in nostris.

Epist.ad Rhomanos,pag.287.p.Honor & gloria. Honor,redundat.

Epist.ad Ephesios,cap.2.pag.419.m.In spiritu sancto. Sancto, redundat iuxta græcos codices,Hieronymum,& Ambrosium.

Matthæi cap.6.pag.29.m.Quia tuum est regnũ.Hæc coronis,apud Matthæum addita est apud Græcos duntaxat.

Epist.ad Rho.cap.12.pag.290.m.Prouidẽtes bona.Apud Græcos tantũ est,corã oib9 hoib9.nõ solũ corã deo,additũ ẽ.nec addit hæc Origenes aut Theophylact9.

Epist.

Epiſtola ad Corinthios.1.cap.7.pag.322.m.Per mulierem fidelem,nonnihil uerborum additum eſt apud nos.

Matthæi cap.6.pag.30.m.Lucerna corporis tui.Tui,redundat.

Epiſtola ad Corinthios .1.cap.4.pag.313.m . Hæc particula , ſicut & ego Chriſti , nec apud Græcos aſſcribitur,nec in exemplari Paulino,nec apud Ambroſium.

Epiſt.ad Philip.cap.2.pag.435.m.Tam unanimem.Tam,redundat apud nos.

Matthæi cap.6.pag.31.p.Animæ ueſtræ.De potu nec apud Chryſoſtomum additur,nec apud Hilarium,nec apud Græcos,paucis exceptis.

Corinth.1.cap.5.pag.352.m.Adhuc enim eſtis.Enim,redundat & officit ſenſui.

Matthæi.9.pag.37.p.Et dixit puella ſurge.Hæc quatuor uerba nec habent apud Græcos,nec adduntur ab Hieronymo, nec extant in antiquis exemplaribus.

Ad Corinth.2.cap.2.pag.362.f.Triſticiam ſuper triſticiã.Super triſticiã,apud nos additũ eſt ex alio quopiã loco,cũ nec Ambroſius addat,nec Vulgatius interpres.

Ibidem mox.Me, redundat apud nos.

Mat.cap.10.pag.38.f.Dicẽtes,pax huic domui.Hæc uerba ſunt adiecta apud nos, cũ nec apud Græcos ſint,nec apud Hieronymũ interp̃tẽ,nec apud Theophylactũ.

Corinth.2.cap.2.pag.363.f. Et ad hæc quis tam idoneus. Tam,planiſſime redundat, cum nec Origenes addat.

Matthæi cap.14.pag.52.p.Diſcipuli dederunt turbis.Dederunt,additum eſt.

Ad Galatas cap.3.pag.402.p.Non credere ueritati. Hanc particulam Hieronymus putat adiecticiam,nec addebatur in uetuſtiſſimis exemplaribus Latinis.

Ibidem.f.Et in uobis crucifixus.Et,additum eſt,& officit ſenſui.

Matthæi cap.15.pag.54.m.Labijs me honorat.Hic redundat aliquid apud Græcos,aut certe nobis deeſt.

Ibidem mox.Doctrinas & præcepta.Et,redundat,cum ſit appoſitiue dictum.

Cap.16.pag.57.m.Quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.Ieſus,redundat.

Corinth.2.cap.6.pag.372.m. Eandem autem retributionem habentes . Habentes,ſupereſt apud nos.

Ad Epheſios cap.5.pag.427.f.Implemini ſpiritu ſancto. Sancto,ſupereſt.

Ibidem mox.In uerbo uitæ.Vitæ, ſupereſt.

Matthæi cap.21.pag.68.f.Verebuntur forte filium meum. Forte,additum ab interprete, non ſine incommodo ſententiæ.

Corinth.2.cap.11.pag.384.f.Excidant, additum eſt apud nos,

Matthæi.27. pag.84.f. Vt impleretur quod . Totum teſtimonium prophetæ, adiectum eſt.

Ad Galatas cap.5.pag.409.p.Nemini cõſenſeritis. Hanc particulam ut adiecticiam præterit Hieronymus.

Ibidem paulo ante.Non credere ueritati.

Ibidem.f.In occaſionem detis carni.Detis,adiectum eſt.

Ibidẽ ſuperius.Perſuaſio hæc ueſtra.Hæc ueſtra,ſuperſunt.Tantũ eſt perſuaſio.

Marci.5,pag.97.p.Etiam Euangeliſta nonnihil adiecit de ſuo.

Ioannis

Ioannis cap.6.pag.178.p. Duodecim cophinos, & duobus piſcibus. tria uerba ſunt adiecta, quæ nec in Latinorum uetuſtis exemplaribus reperiuntur.

Marci cap.8.pag.102.p. Tu es Chriſtus. Additū apparet aliunde, filius dei uiui.

Lucæ cap.4.pag.130.f. Et diem retributionis. Hæc uerba nec ſunt apud Græcos, nec adduntur ab Hieronymo.

Ad Epheſios cap.1.pag.414.m. In remiſſionem peccatorū. In, redundat, nec eſt apud Ambroſium aut Hieronymum.

Lucæ cap.11.pag.141.f. Lucerna corporis tui. Tui, additum eſt.

Act.cap.1.pag.220.m. Quam audiſtis, inquit. Inquit, additum eſt per interpretē.

Lucæ cap.11.pag.141.p. Si perſeuerauerit pulſans. adiectum ex alio Euangeliſta.

Lucæ cap.17.pag.150.f. Aut paſcentem boues. Græce non eſt boues.

Ioannis cap.6.pag.178.m. Quia dixi. Hic additum eſt, uiuus.

Ioannis cap.7. pag.180.p. Ego ſcio eum &c. Hic aliquot uerba ſunt addita ex alio loco.

Ibidem mox. Nondum erat ſpiritus datus. Datus, redundat.

Cap.8.pag.183.f. Et exiuit de templo. In Græcorū codicibus quædā redundant.

Cap.12.pag.187.p. Ecce totus mundus abit poſt eum. Totus, haud dubie redundat apud nos.

Ad Rhomanos cap.1.pag.244.p. Qui factus eſt ei. Ei, additū eſt ab interprete.

Eodem.pag.252.m. Veritatem dei. Dei, adiectum eſt.

Eodem.pag.255.f. Qui cum iuſticiam dei. Hoc loco hæc uerba ſunt addita, Non intellexerunt.

Cap.5.pag.264.m. In ſpe filiorū dei. Filiorū, apud nos redundat, & gloriæ, deeſt.

Cap.6.pag.268.p. An ignoratis. Fratres, additum.

Cap.8.pag.273.m. Spiritum adoptionis. Hic redundat, dei.

Cap.9. pag.281. p. Et non miſericordiam conſecutam &c. Hieronymus fatetur aliquid ſupereſſe.

Cap.10.pag.283.f. Et contradicentem mihi. Mihi, adiectum eſt.

QVAE PER INTERPRETEM COMMISSA.

EX his quæ hactenus annotauimus quædam incuria librariorū, nonnulla ſtudio ſemidoctorum commiſſa ſunt, per multa & interpretis, quiſquis is fuit uel inſcitia, uel negligentia. Cæterum quæ ſequuntur, non poſſunt, niſi interpreti imputari.

Lucæ cap.3.pag.126.m. Nihil amplius, quàm quod cōſtitutum eſt uobis, faciatis.

Cum

Cum Græce ſit πράσεις, non animaduertit uertendum fuiſſe, exigatis, præſertim cũ alibi πράκτορις uerterit exactores, & ἔπραξα exegiſſem.

Luc. 16. pag. 150. p. In his omĩbus, quod arbitror uertendũ fuiſſe, ſuper hæc omĩa.

Actorum cap. 18. pag. 226. m. Et nemo apponetur tibi, pro, inuadet, ſiue inĳciet tibi manum. Cum ſit ἐπιθήσεταί σοι.

Actorum cap. 24. pag. 236. m. An non manifeſte dormitauit, cum uocem latinam interpretatur per Græcam, ſed idem ſignificantem? Secundum ſectam quam dicunt hæreſim.

Epiſt. ad Timothe. 1. cap. 4. pag. 472. p. παρηκολούθηκας, pro aſſectatus uertit aſſecutus. Idem fecit in præfatione Euangelĳ Lucæ.

Epiſt. ad Timoth. 1. cap. 1. pag. 463. p. γνησίῳ uertit dilecto, pro germano.

Corin. 1. cap. ultimo. pag. 358. p. ἕως τῆ πεντηκοστῆς uſque ad quinquageſimum, ſubaudi, diem, uertit, uſq; ad pentecoſten.

Ibidem. m. De Apollo autẽ fratre, interpres addidit de ſuo, notum uobis facio: quo ſermo foret explanatior.

VBI INTERPRES AVSVS SIT ALIQVID IMMVTARE, DE VERBIS APOSTOLORVM AVT EVANGELISTARVM.

MAtth. cap. 16. pag. 57. f. Cũ Græce ſit ἵλεώς σοι κύριε, id eſt, propicius tibi domine, interpres non dubitauit uertere, abſit à te domine. Quemadmodum illud, μὴ γένοιτο, id eſt, ne fiat, uertit conſtanter abſit, ſenſum exprimens, à uerbis recedens.

Luc. 1. pag. 119. m. pro μακαριοῦσι, id eſt, beabunt, non dubitauit uertere, beatã dicent, periphraſi rem explicans.

Actorum cap. 1. pag. 200. m. Quam audiſtis inquit, uerbum inquit, interpres addidit de ſuo.

Ad Rhom. cap. 8. pag. 274. m. Qui ſubiecit eam, eam addidit, explanandæ rei gratia.

Cap. 10. pag. 282. m. καταγαγεῖν deducere, quod interpres uertit reuocare.

Ibidem, de ſuo addidit ſcriptura, quo ſermo eſſet dilucidior.

Ad Corin. 1. cap. 10. pag. 339. m. Cõſequẽte eos petra, eos interpres addidit de ſuo.

Cap. 12. pag. 342. Τὸ κλώμενον quod frangitur, uertit tradetur, opinor, quod alterũ uerbum eſſet durius futurum auribus: quod de Chriſto ſcriptum ſit, Os non comminuetis ex eo.

FINIS.

ΟΠΟΙΑ Η ΑΛΗΘΙΝΗ ΠΙΣΤΙΣ ΗΜΩΝ ΤΩΝ ΧΡΙΣΤΙΑΝΩΝ, ΗΓΟΥΝ

Η ΘΕΟΤΗΣ.

Πατὴρ	ὁ	Πνεῦμα ἅγιον.
Θεὸς εἷς		Πρόσωπα τρία.
Οὐσία μία		Ὑποστάσεις τρεῖς.
Φύσις μία		Ἰδιότητες τρεῖς.
Μορφὴ μία		Χαρακτῆρες τρεῖς.
Βασιλεία μία		Ἀρχαὶ τρεῖς.
Δόξα μία		Λαμπρότητες τρεῖς.
Δύναμις μία		Κυριότητες τρεῖς.
Βούλησις μία		Ἐνέργειαι τρεῖς.
Χάρις μία		Ἐπιγνώσεις τρεῖς.
Πίστις μία		Ὁμολογίαι τρεῖς.

ΠΙΣΤΕΥΩ εἰς ἕνα θεόν, πατέρα παντοκράτορα, ποιητὴν οὐρανοῦ καὶ γῆς ὁρατῶν τε πάντων & ἀοράτων, καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ τὸν μονογενῆ, τὸν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ πάντων τῶν αἰώνων, φῶς ἐκ φωτός, θεὸν ἀληθινὸν ἐκ θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τόν τε δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ σαρκωθέντα ἐκ πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς παρθένου, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, σταυρωθέντα τε ὑπὲρ ἡμῶν ἐπὶ ποντίου πιλάτου, καὶ παθόντα καὶ ταφέντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ κατὰ τὰς γραφάς, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανούς, & καθεζόμενον ἐκ δεξιῶν τοῦ πατρός, καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, οὗ τῆς βασιλείας οὐκ ἔσται τέλος. καὶ εἰς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸ κύριον, τὸ ζωοποιὸν, τὸ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐκπορευόμενον, τὸ σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ συμπροσκυνούμενον, καὶ συνδοξαζόμενον, τὸ λαλῆσαν διὰ τῶν προφητῶν. εἰς μίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν ἐκκλησίαν. ὁμολογῶ ἓν βάπτισμα, εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. προσδοκῶ ἀνάστασιν νεκρῶν, καὶ ζωὴν τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. ἀμήν.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΚΑΝΟΝΩΝ

ΤΗΣ ΤΩΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΤΩΝ ΣΥΜΦΩΝΙΑΣ,

ΕΥΣΕΒΙΟΣ ΚΑΡΠΙΑΝΩ ΑΓΑΠΗΤΩ, ΑΔΕΛΦΩ ΕΝ ΚΥΡΙΩ ΧΑΙΡΕΙΝ.

ΑΜΜΩΝΙΟΣ μὲν ὁ ἀλεξανδρεύς, πολλὴν ὡς εἰκὸς φιλοπονίαν καὶ σπουδὴν εἰσαγηοχὼς, τὸ διὰ τεσσάρων ἡμῖν καταλέλοιπεν εὐαγγέλιον, τοῦ κατὰ ματθαῖον τὰς ὁμοφώνους τῶν λοιπῶν εὐαγγελιστῶν περικοπὰς παραθεὶς, ὡς δὲς ἀνάγκης συμμῆναι τὸν τῆς ἀκολουθίας εἱρμὸν τῶν τριῶν διαφθαρῆναι, ὅσον ἐπὶ τοῦ ὕφει τῆς ἀναγνώσεως. ἵνα δὲ σωζομένου καὶ τοῦ τῶν λοιπῶν δι' ὅλου σώματός τε καὶ εἱρμοῦ, εἰδέναι ἔχοις τοὺς οἰκείους ἑκάστου εὐαγγελιστοῦ τόπους ἐν οἷς κατὰ τῶν αὐτῶν ἠνέχθησαν φιλαλήθως εἰπεῖν, ἐκ τοῦ πονήματος τοῦ προειρημένου ἀνδρὸς εἰληφὼς ἀφορμᾶς, καθ' ἑτέραν μέθοδον, κανόνας δέκα τῶν ἀριθμὸν διεχάραξά σοι τοὺς ὑποτεταγμένους. ὧν ὁ μὲν πρῶτος περιέχει ἀριθμοὺς ἐν οἷς τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν οἱ τέσσαρες, ματθαῖος, μάρκος, λουκᾶς, ἰωάννης. ὁ δεύτερος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, ματθαῖος, μάρκος, λουκᾶς. ὁ τρίτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, ματθαῖος, λουκᾶς, ἰωάννης. ὁ τέταρτος, ἐν ᾧ οἱ τρεῖς, ματθαῖος, μάρκος, ἰωάννης. ὁ πέμπτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, ματθαῖος, λουκᾶς. ὁ ἕκτος, ἐν ᾧ οἱ δύο, ματθαῖος, μάρκος. ὁ ἕβδομος, ἐν ᾧ οἱ δύο, ματθαῖος, ἰωάννης. ὁ ὄγδος, ἐν ᾧ οἱ δύο, λουκᾶς, μάρκος. ὁ ἔννατος, ἐν ᾧ οἱ δύο, λουκᾶς, ἰωάννης. ὁ δέκατος, ἐν ᾧ ἕκαστος αὐτῶν ἰδίως ἀνέγραψεν.

Αὕτη μὲν οὖν ἡ τῶν ὑποτεταγμένων κανόνων ὑπόθεσις ἡδὲ σαφὴς αὐτῶν διήγησις, ἔστιν ἥδε. ἐφ' ἑκάστῳ τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ἀριθμός τις πρόκειται κατὰ μέρος ἀρχόμενος ἀπὸ πρώτου, εἶτα δευτέρου, καὶ τρίτου καὶ καθ' ἑξῆς προϊὼν δι' ὅλου μέχρι τοῦ τέλους τοῦ βιβλίου. καθ' ἕκαστον δὲ ἀριθμὸν, ὑποσημείωσις διὰ τοῦ μέλανος ἔγκειται, δηλοῦσα ἐν ποίῳ τῶν δέκα κανόνων κείμενος ὁ ἀριθμὸς τυγχάνει, οἷον εἰ μὲν ἄλφα, δῆλον ὡς ἐν τοῦ πρώτῳ, εἰ δὲ βῆτα ἐν τοῦ δευτέρῳ, καὶ οὕτως μέχρι τῶν δέκα. Εἰ οὖν ἀναπτύξας ἕν τι τῶν τεσσάρων εὐαγγελίων ὁποῖον δήποτε βουληθείης ἐπιστῆναί τι ᾧ βούλει κεφαλαίῳ, καὶ γνῶναι τίνες τὰ παραπλήσια εἰρήκασι, καὶ τοὺς οἰκείους ἐν ἑκάστῳ τόπους εὑρεῖν, ἐν οἷς κατὰ τὸ αὐτὸ ἠνέχθησαν, ἧς ἐπέχεις περικοπῆς ἀναλαβὼν τὸν προκείμενον ἀριθμὸν ἐπιζητήσας τε αὐτὸν ἔνδον τοῦ κανόνι, ὃν ἡ διὰ τοῦ μέλανος ὑποσημείωσις ὑποβέβληκεν, ἴση μὲν οὖν εὐθὺς ἐκ τῶν ἐπὶ μετώπου τοῦ κανόνος προγραφῶν, ὁπόσοι καὶ τίνες, τὰ παραπλήσια εἰρήκασιν. Επιστήσας δὲ καὶ τοῖς τῶν λοιπῶν εὐαγγελίων ἀριθμοῖς τοῖς ἐν τοῦ κανόνι ᾧ ἐπέχεις, ἀριθμὸς παρακείμενος ἐπιζητήσας δὲ αὐτοὺς ἔνδον, ἐν τοῖς οἰκείοις ἑκάστου εὐαγγελίου τόποις, τὰ παραπλήσια λέγοντας εὑρήσεις. ἔρρωσο ἐν κυρίῳ.

Κανὼν

Ματ.	Μαρ.	Λυκ.	Ιωαν.
κ	β	ζ	ι
ια	δ	ι	ς
ια	δ	ι	ιβ
ια	δ	ι	ιδ
ια	δ	ι	κη
ιδ	ε	ιγ	ιε
κγ	κζ	ιζ	μς
κγ	κζ	λδ	μς
κγ	κζ	με	μς
ο	κ	λζ	λη
πζ	ρλθ	σμ	ρμα
ρη	ρ ς	ρις	ρκ
ρη	ρς	ρις	ρια
ρη	ρς	ρις	μ
ρη	ρς	ρις	ρμδ
ρη	ρς	ρις	ρκθ
ρη	ρς	ρις	ρλα
ρλγ	λζ	οζ	ρθ
ρμα	μ	ιθ	μθ
ρμβ	μα	κα	λε
ρμζ	ξδ	ρη	μθ
ρξς	πβ	ρδ	ο
σθ	ριθ	σλδ	ρ
σια	ρκα	σλη	κα
σκ	ρκβ	σλθ	πε
σκ	ρκθ	σμβ	πη
σκ	ρκβ	σξα	οζ
σμλ	ρλθ	σμ	ρμα
σμδ	ρλθ	σμ	ρμς
σος	ρμς	σξ	κ
σος	ρμς	σξ	μη
σολ	ρμς	σξ	ρς
σος	ρμη	ρο	ρη
σπ	ρξβ	σξθ	ρκβ
σπλ	ρξε	σζς	με
σπδ	ρξε	σζς	ξγ

Ματ.	Μαρ.	Λυκ.	Ιωαν.
ρξδ ι ὁμοίως ἀπολεῖσθε. *Ἔλεγε δὲ ταύτην τὴν παραβολήν. συκῆν εἶχέ τις ἐν τῷ ἀμπελῶνι αὐτοῦ πεφυτευμένην, καὶ ἦλθε καρπὸν ζητῶν ἐν αὐτῇ, καὶ οὐχ εὗρεν. εἶπε δὲ πρὸς τὸν ἀμπελουργόν. ἰδοὺ τρία ἔτη ἔρχομαι ζητῶν καρπὸν ἐν τῇ συκῇ ταύτῃ, καὶ οὐχ εὑρίσκω, ἔκκοψον αὐτήν, ἵνα τί καὶ τὴν γῆν καταργεῖ; ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, λέγει αὐτῷ. Κύριε, ἄφες αὐτὴν καὶ τοῦτο τὸ ἔτος ἕως ὅτου σκάψω περὶ αὐτὴν, καὶ βάλω κοπρίαν. κἂν μὲν ποιήσῃ καρπὸν, εἰ δὲ μήγε, εἰς τὸ μέλλον ἐκκόψεις αὐτήν. Ἦν δὲ διδάσκων ἐν μιᾷ τῶν συναγωγῶν ἐν τοῖς σάββασι. καὶ ἰδοὺ, γυνὴ ἦν πνεῦμα ἔχουσα ἀσθενείας ἔτη δέκα καὶ ὀκτὼ, καὶ ἦν συγκύπτουσα καὶ μὴ δυαμένη ἀνακύψαι εἰς τὸ παντελές. ἰδὼν δὲ αὐτὴν ὁ Ιησοῦς προσεφώνησε καὶ εἶπεν αὐτῇ. γύναι ἀπολέλυσαι ἀπὸ τῆς ἀσθενείας σου. καὶ ἐπέθηκεν αὐτῇ τὰς χεῖρας, καὶ παραχρῆμα ἀνωρθώθη καὶ ἐδόξαζε τὸν θεόν. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ

non iudicatis quod iustum est? Cū eū uadis cum aduersario tuo ad magistratum in uia, da operam ut libereris ab illo, ne forte pertrahat te ad iudicē, & iudex tradat te exactori, & exactor conijci at te in carcerē. Dico tibi, nō exibis inde, donec ultimū etiā minutū reddas.

Aderant aūt quidā eodē in tempore XIII
nunciantes illi de Galilæis, quorum sanguinem Pilatus miscuerat cum sacrificijs ipsorū. Et respōdens Iesus, dixit illis: Putatis quod hi Galilæi præ cūctis Galilæis peccatores fuerint, quia talia passi sūt? Non dico uobis, immò nisi resipueritis oēs similiter peribitis, Aut illi decem & octo, supra quos cecidit turris in Siloë, & occidit eos: putatis, quod debitores fuerint ultra cunctos homines habitantes Hierosolymis? Non dico uobis, immò nisi resipueritis oēs similiter peribitis. Dicebat & hanc similitudinē: Arborem fici habebat quidam plantatam in uinea sua, & uenit quærens fructum in illa, & non inuenit. Dixit autem ad cultorem uineæ: Ecce anni tres sunt ex quo uenio quærens fructum in ficu hac, & non inuenio. succide illā, ad quid uel terram occupat? At ille respondens, dixit illi: Domine, Sine illam & hoc anno, donec fodero circum illam & misero stercus, & siquidem fecerit fructum, sin minus, in posterum succides eam. Docebat autem in una synagogarum sabbatis. Et ecce, mulier quæ habebat spiritum infirmitatis annis decē & octo, eratq; contracta, nec omnino poterat erigere caput, quam cum uideret Iesus, uocauit eam ad se, & ait illi: Mulier, liberata es ab infirmitate tua. Et imposuit illi manus, & confestim erecta est, & glorificabat deum. Respondens autem

δὲ ὁ ἀρχισυνάγωγος ἀγανακτῶν, ὅτι τῷ σαββάτῳ ἐθεράπευσεν ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγε τῷ ὄχλῳ· ἓξ ἡμέραι εἰσὶν ἐν αἷς δεῖ ἐργάζεσθαι, ἐν ταύταις οὖν ἐρχόμενοι θεραπεύεσθε, καὶ μὴ τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου. * ἀπεκρίθη οὖν αὐτῷ ὁ κύριος, καὶ εἶπεν· ὑποκριτά, ἕκαστος ὑμῶν τῷ σαββάτῳ οὐ λύει τὸν βοῦν αὐτοῦ ἢ τὸν ὄνον ἀπὸ τῆς φάτνης, καὶ ἀπαγαγὼν ποτίζει; ταύτην δὲ θυγατέρα Ἀβραὰμ οὖσαν, ἣν ἔδησεν ὁ σατανᾶς ἰδοὺ δέκα καὶ ὀκτὼ ἔτη, οὐκ ἔδει λυθῆναι ἀπὸ τοῦ δεσμοῦ τούτου τῇ ἡμέρᾳ τοῦ σαββάτου; * καὶ ταῦτα λέγοντος αὐτοῦ κατῃσχύνοντο πάντες οἱ ἀντικείμενοι αὐτῷ. καὶ πᾶς ὁ ὄχλος ἔχαιρεν ἐπὶ πᾶσι τοῖς ἐνδόξοις τοῖς γινομένοις ὑπ' αὐτοῦ. * Ἔλεγε δέ. τίνι ὁμοία ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, καὶ τίνι ὁμοιώσω αὐτήν; ὁμοία ἐστὶ κόκκῳ σινάπεως, ὃν λαβὼν ἄνθρωπος ἔβαλεν εἰς κῆπον ἑαυτοῦ, καὶ ηὐξήσε, καὶ ἐγένετο εἰς δένδρον μέγα, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ κατεσκήνωσεν ἐν τοῖς κλάδοις αὐτοῦ. * καὶ πάλιν εἶπε. τίνι ὁμοιώσω τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ; ὁμοία ἐστὶ ζύμῃ, ἣν λαβοῦσα γυνὴ ἐνέκρυψεν εἰς ἀλεύρου σάτα τρία, ἕως οὗ ἐζυμώθη ὅλον. * καὶ διεπορεύετο κατὰ πόλεις καὶ κώμας, διδάσκων καὶ πορείαν ποιούμενος εἰς Ἱερουσαλήμ. * εἶπε δέ τις αὐτῷ. κύριε, εἰ ὀλίγοι οἱ σωζόμενοι; ὁ δὲ εἶπε πρὸς αὐτούς. ἀγωνίζεσθε εἰσελθεῖν διὰ τῆς στενῆς πύλης, ὅτι πολλοί λέγω ὑμῖν, ζητήσουσιν εἰσελθεῖν, καὶ οὐκ ἰσχύσουσιν. * ἀφ' οὗ ἂν ἐγερθῇ ὁ οἰκοδεσπότης, καὶ ἀποκλείσῃ τὴν θύραν, καὶ ἄρξησθε ἔξω ἑστάναι καὶ κρούειν τὴν θύραν, λέγοντες, κύριε, κύριε, ἄνοιξον ἡμῖν. καὶ ἀποκριθεὶς ἐρεῖ ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ. τότε ἄρξεσθε λέγειν. ἐφάγομεν ἐνώπιόν σου, καὶ ἐπίομεν, καὶ ἐν ταῖς πλατείαις ἡμῶν ἐδίδαξας. καὶ ἐρεῖ, λέγω ὑμῖν, οὐκ οἶδα ὑμᾶς πόθεν ἐστέ, ἀπόστητε ἀπ' ἐμοῦ πάντες ἐργάται ἀδικίας. ἐκεῖ ἔσται ὁ κλαυθμὸς καὶ ὁ βρυγμὸς τῶν ὀδόντων, ὅταν ὄψησθε

aũt princeps ſynagogæ, indignãs quod ſabbato ſanaſſet Ieſus, dicebat turbæ: Sex dies ſunt in quibus oportet operari. in his ergo uenite, ut ſanemini, & non in die ſabbati. Reſpondens autem ad illum dominus, dixit: Hypocrita, unuſquiſque ueſtrum ſabbato nonne ſoluit bouem ſuum aut aſinum à præſepi, & ducit aquatum? Hanc autem filiam Abrahæ, quàm alligauit ſatanas ecce decem & octo annis, non oportuit ſolui à uinculo iſto die ſabbati? Et cum hæc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarij eius, & omnis populus gaudebat ſuper uniuerſis quæ glorioſe fiebant ab eo. Dicebat ergo: Cui ſimile eſt regnum dei, & cui ſimile faciam illud? Simile eſt grano ſinapis, quod acceptum homo miſit in hortum ſuum, & creuit, & euaſit in arborem magnam, & uolucres cœli nidulabantur in ramis eius. Et iterum dixit: Cui ſimile faciam regnum dei? Simile eſt fermento, quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſata tria, donec fermentatũ totum. Et ibat per ciuitates & caſtella docens: & iter faciẽs Hieroſolymã. Ait aũt illi quidã: Domine, an pauci ſunt qui ſalutẽ conſequuntur? Ille uero dixit ad illos: Contendite intrare per anguſtam portã, quia multi, dico uobis, quærent intrare, & non poterunt. Cum autem ſurrexerit paterfamilias & clauſerit oſtium, & cœperitis foris ſtare, & pulſare oſtium, dicentes: Domine, domine, aperi nobis: Et reſpondens dicet uobis: Neſcio uos unde ſitis. Tunc incipietis dicere: Edimus coram te & bibimus, & in plateis noſtris docuiſti. Et dicet: dico uobis: neſcio uos unde ſitis. Diſcedite à me oẽs, qui patratis iniquitatẽ. Ibi erit fletus & ſtridor dentium, cum uideritis

ἀβραὰμ καὶ ἰσαὰκ καὶ ἰακὼβ, καὶ πάντας τοὺς
προφήτας ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ, ὑμᾶς δὲ
ἐκβαλλομένους ἔξω. καὶ ἥξουσιν ἀπὸ ἀνατο
λῶν καὶ δυσμῶν καὶ βορρᾶ καὶ νότου, καὶ ἀνα
ρογ̅ κλιθήσονται ἐν τῇ βασιλείᾳ τοῦ θεοῦ. * καὶ
β ἰδοὺ εἰσὶν ἔσχατοι οἳ ἔσονται πρῶτοι, καὶ εἰ
σὶν πρῶτοι οἳ ἔσονται ἔσχατοι. Ἐν αὐτῇ τῇ
ἡμέρᾳ προσῆλθόν τινες φαρισαῖοι, λέγοντες
αὐτῷ, ἔξελθε καὶ πορεύου ἐντεύθεν, ὅτι ἡ-
ρώδης θέλει σε ἀποκτεῖναι. καὶ εἶπεν αὐτοῖς. μα̅
πορευθέντες εἴπατε τῇ ἀλώπεκι ταύτῃ. ἰ-
δοὺ ἐκβάλλω δαιμόνια, καὶ ἰάσεις ἐπιτελῶ
σήμερον καὶ αὔριον, καὶ τῇ τρίτῃ τελειοῦ-
μαι, πλὴν δεῖ με σήμερον καὶ αὔριον καὶ
τῇ ἐχομένῃ πορεύεσθαι, ὅτι οὐκ ἐνδέχεται,
ροε̅ προφήτην ἀπολέσθαι ἔξω ἱερουσαλήμ. * Ἱε-
ε ρουσαλὴμ ἱερουσαλὴμ, ἡ ἀποκτείνουσα τοὺς
προφήτας, καὶ λιθοβολοῦσα τοὺς ἀπεσταλ
μένους πρὸς αὐτήν, ποσάκις ἠθέλησα ἐπι-
συνάξαι τὰ τέκνα σου, ὃν τρόπον ὄρνις τὴν
ἑαυτοῦ νοσσιὰν ὑπὸ τὰς πτέρυγας καὶ οὐκ ἠ-
θελήσατε. ἰδοὺ ἀφίεται ὑμῖν ὁ οἶκος ὑμῶν
ἔρημος. Λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι οὐ μή με ἴδη-
τε ἕως ἂν ἥξῃ ὅτε εἴπητε, εὐλογημένος ὁ ἐρ
χόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου.
ροϛ̅ * Καὶ ἐγένετο ἐν τῷ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς οἶκόν
ι τινος τῶν ἀρχόντων τῶν φαρισαίων σαββά-
τῳ φαγεῖν ἄρτον, καὶ αὐτοὶ ἦσαν παρατηρού-
μενοι αὐτόν. καὶ ἰδοὺ ἄνθρωπός τις ἦν ὑδρω μβ̅
πικὸς ἔμπροσθεν αὐτοῦ. καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἰη
σοῦς, εἶπε πρὸς τοὺς νομικοὺς καὶ φαρισαίους,
λέγων. εἰ ἔξεστιν ἐν τῷ σαββάτῳ θεραπεύ-
ειν; οἱ δὲ ἡσύχασαν, καὶ ἐπιλαβόμενος ἰά
ροζ̅ σατο αὐτὸν, καὶ ἀπέλυσε. * Καὶ ἀποκριθεὶς
ε πρὸς αὐτοὺς εἶπε, τίνος ὑμῶν ὄνος ἢ βοῦς εἰς
φρέαρ ἐμπεσεῖται, καὶ οὐκ εὐθέως ἀνασπάσει
αὐτὸν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῶν σαββάτου; καὶ οὐκ ἴσχυ
ροκ̅ σαν ἀνταποκριθῆναι αὐτῷ πρὸς ταῦτα. * ἔ-
ι λεγε δὲ πρὸς τοὺς κεκλημένους παραβολὴν
ἐπέχων, πῶς τὰς πρωτοκλισίας ἐξελέγον
το, λέγων πρὸς αὐτούς, ὅταν κληθῇς ὑπό
τινος

Abraham & Isaac & Iacob, & omnes prophetas in regno dei, uos autem expelli foras. Et uenient ab oriente & occidente & aquilone & austro, & accumbēt in regno dei. Et ecce sunt postremi qui erunt primi, & sunt primi qui erunt postremi. Eodem die accesserunt quidam pharisæorum, dicentes illi: Exi, & uade hinc, quia Herodes uult te occidere. Et ait illis: Ite & dicite uulpi illi: Ecce eijcio dæmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia die cōsummor. Veruntamē oportet me hodie & cras & proximo die ambulare, quia fieri non potest, ut propheta pereat alibi quàm hierosolymis. Hierusalem Hierusalem, quæ occidit prophetas, & lapidat eos qui mittuntur ad se: quoties uolui congregare filios tuos, quemadmodum auis nidum suum sub pennas, & noluistis. Ecce relinquitur uobis domus uestra deserta. Dico autem uobis, quod non uidebitis me, donec uenerit tempus cum dicetis: Benedictus qui uenit in nomine domini.

Et accidit ut introierit in domum XIIII
cuiusdam principis phariseorum sabbato ad capiendum cibum, & ipsi obseruabant eum. Et ecce homo quidam hydropicus erat ante illum. Et respondens Iesus, dixit ad legisperitos & pharisæos, dicens: Num licet sabbato sanare? At illi tacuerunt. Ipse uero apprehensum sanauit eum, ac dimisit. Et respondēs ad illos, dixit: Cuius uestrum asinus aut bos in puteum cadet, & non cōtinuo extrahet illum die sabbati? Et non poterant ad hæc respondere illi. Dicebat autem & ad inuitatos parabolam intendens, quomodo primos accubitus eligerēt, dicēs ad illos: Cū inuitatus fueris ab aliquo

τινος εἰς γάμους, μὴ κατακλιθῇς εἰς τὸν πρω μγ
τοκλισίαν, μήποτε ἐντιμότερός σου ᾖ κεκλη
μένος ὑπ' αὐτοῦ, καὶ ἐλθὼν ὁ σὲ καὶ αὐτὸν καλέ
σας, ἐρεῖ σοι, δὸς τούτῳ τόπον, & τότε ἄρξῃ
μετ' αἰσχύνης τὸν ἔσχατον τόπον κατέχειν.
ἀλλ' ὅταν κληθῇς, πορευθεὶς ἀνάπεσον εἰς
τὸν ἔσχατον τόπον, ἵνα ὅταν ἔλθῃ ὁ κεκλη
κώς σε, εἴπῃ σοι, φίλε, προσανάβηθι ἀνώτερον,
τότε ἔσται σοι δόξα ἐνώπιον πάντων συνανακει
μένων σοι, * ὅτι πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπει ροθ
νωθήσεται, & ὁ ταπεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται. ε
* ἔλεγε δὲ καὶ τῷ κεκληκότι αὐτόν, ὅταν ρπ
ποιῇς ἄριστον ἢ δεῖπνον, μὴ φώνει τοὺς φίλους
σου, μηδὲ τοὺς ἀδελφούς σου, μηδὲ τοὺς συγ
γενεῖς σου, μηδὲ γείτονας πλουσίους, μήποτε
καὶ αὐτοί σε ἀντικαλέσωσι, καὶ γενήται
σοι ἀνταπόδομα, ἀλλ' ὅταν ποιῇς δοχὴν,
κάλει πτωχοὺς, ἀναπήρους, χωλοὺς, τυφλούς.
καὶ μακάριος ἔσῃ, ὅτι οὐκ ἔχουσιν ἀντα
ποδοῦναί σοι. ἀνταποδοθήσεται γάρ σοι
ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων. ἀκούσας δέ τις
τῶν συνανακειμένων ταῦτα, εἶπεν αὐτῷ. μα
κάριος ὃς φάγεται ἄρτον ἐν τῇ βασιλείᾳ τ
θεοῦ. * ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ. ἄνθρωπός τις ἐ ρπα
ποίησε δεῖπνον μέγα, καὶ ἐκάλεσε πολλούς. ε
καὶ ἀπέστειλε τὸν δοῦλον αὐτοῦ τῇ ὥρᾳ τ δεί μδ
πνου, εἰπεῖν τοῖς κεκλημένοις, ἔρχεσθε, ὅτι
ἤδη ἕτοιμά ἐστι πάντα, καὶ ἤρξαντο ἀπὸ μιᾶς
παραιτεῖσθαι πάντες, ὁ πρῶτος εἶπεν
αὐτῷ. ἀγρὸν ἠγόρασα, καὶ ἔχω ἀνάγκην
ἐξελθεῖν καὶ ἰδεῖν αὐτόν, ἐρωτῶ σε, ἔχε με
παρητημένον. καὶ ἕτερος εἶπε, ζεύγη βο
ῶν ἠγόρασα πέντε, καὶ πορεύομαι δοκι
μάσαι αὐτά, ἐρωτῶ σε ἔχε με παρητημέ
νον. καὶ ἕτερος εἶπε. γυναῖκα ἔγημα,
καὶ διὰ τοῦτο οὐ δύναμαι ἐλθεῖν. καὶ πα
ραγενόμενος ὁ δοῦλος, ἀπήγγειλε τῷ κυ
ρίῳ αὐτοῦ ταῦτα. τότε ὀργισθεὶς ὁ οἰκοδεσπό
της, εἶπε τῷ δούλῳ αὐτοῦ. ἔξελθε ταχέως εἰς τὰς
πλατείας καὶ ῥύμας τῆς πόλεως, & τοὺς πτωχοὺς
& ἀναπήρους καὶ χωλοὺς καὶ τυφλοὺς εἰσάγαγε

ὧδε

aliquo ad nuptias, ne accumbas in primo loco, ne forte honoratior te sit inuitatus ab illo, & ueniens, is qui te & illum uocauit, dicat tibi: da huic locum, & tunc incipias cum rubore extremum locum tenere. Quin potius cum uocatus fueris, uade accumbe in nouissimo loco, ut cum uenerit qui te inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius. tunc erit tibi gloria coram simul discumbẽtibus: quia omnis qui se extollit, humiliabitur: & qui se humiliat, extolletur. Dicebat autem & ei, qui se inuitauerat: Cum facis prandium, aut cœnam, noli uocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neque cognatos tuos, neque uicinos diuites, ne quando & ipsi te uicissim inuitent, ac rependatur tibi beneficium. Imò cum facis conuiuium, uoca pauperes, debiles, claudos, cæcos, & beatus eris: quia non possunt rependere tibi. rependetur enim tibi in resurrectione iustorum. Hæc cum audisset quidam de simul accumbentibus, dixit illi: Beatus qui comedit panem in regno dei. At ipse dixit ei: Homo quidam apparauerat cœnam magnam, & uocauit multos, misitque seruum suum horæ cœnæ, ut diceret inuitatis: Venite, quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse mihi est exire, & uidere illam. rogo te, habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo ad probandum illa. rogo te, habe me excusatum. Et alius dixit: Vxorem duxi, & ideo non possum uenire. Ac reuersus seruus, renunciauit hæc domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi cito in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, claudosque & cæcos introduc

huc.

ὦδε. καὶ εἶπεν ὁ δοῦλος, κύριε, γέγονεν ὡς ἐπέταξας, καὶ ἔτι τόπος ἐστί. καὶ εἶπεν ὁ κύριος πρὸς τὸν δοῦλον, ἔξελθε εἰς τὰς ὁδοὺς καὶ φραγμούς, καὶ ἀνάγκασον εἰσελθεῖν, ἵνα γεμισθῇ ὁ οἶκός μου. λέγω γὰρ ὑμῖν, ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων τῶν κεκλημένων γεύσεταί μου τοῦ δείπνου.* συνεπορεύοντο δὲ αὐτῷ ὄχλοι πολλοί, καὶ στραφεὶς εἶπε πρὸς αὐτούς. εἴ τις ἔρχεται πρός με, καὶ οὐ μισεῖ τὸν πατέρα αὐτοῦ, καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὴν γυναῖκα, καὶ τὰ τέκνα, καὶ τοὺς ἀδελφούς, καὶ τὰς ἀδελφάς, ἔτι δὲ καὶ τὴν ἑαυτοῦ ψυχήν, οὐ δύναταί μου μαθητὴς εἶναι. καὶ ὅστις οὐ βαστάζει τὸν σταυρὸν αὐτοῦ καὶ ἔρχεται ὀπίσω μου, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής. τίς γὰρ ἐξ ὑμῶν, θέλων πύργον οἰκοδομῆσαι, οὐχὶ πρῶτον καθίσας ψηφίζει τὴν δαπάνην, εἰ ἔχει τὰ πρὸς ἀπαρτισμόν, ἵνα μήποτε θέντος αὐτοῦ θεμέλιον, καὶ μὴ ἰσχύοντος ἐκτελέσαι, πάντες οἱ θεωροῦντες ἄρξωνται ἐμπαίζειν αὐτῷ, λέγοντες, ὅτι οὗτος ὁ ἄνθρωπος ἤρξατο οἰκοδομεῖν, καὶ οὐκ ἴσχυσεν ἐκτελέσαι; ἢ τίς βασιλεὺς πορευόμενος συμβαλεῖν ἑτέρῳ βασιλεῖ εἰς πόλεμον, οὐχὶ καθίσας πρῶτον βουλεύεται, εἰ δυνατός ἐστιν ἐν δέκα χιλιάσιν ἀπαντῆσαι τῷ μετὰ εἴκοσι χιλιάδων ἐρχομένῳ ἐπ' αὐτόν; εἰ δὲ μή γε, ἔτι αὐτοῦ πόρρω ὄντος, πρεσβείαν ἀποστείλας ἐρωτᾷ τὰ πρὸς εἰρήνην.* οὕτως οὖν πᾶς ἐξ ὑμῶν, ὃς οὐκ ἀποτάσσεται πᾶσι τοῖς ἑαυτοῦ ὑπάρχουσιν, οὐ δύναταί μου εἶναι μαθητής.* καλὸν τὸ ἅλας, ἐὰν δὲ τὸ ἅλας μωρανθῇ, ἐν τίνι ἀρτυθήσεται; οὔτε εἰς γῆν, οὔτε εἰς κοπρίαν εὔθετόν ἐστιν, ἔξω βάλλουσιν αὐτό. ὁ ἔχων ὦτα ἀκούειν, ἀκουέτω.* ἦσαν δὲ ἐγγίζοντες αὐτῷ πάντες οἱ τελῶναι καὶ οἱ ἁμαρτωλοὶ ἀκοῦσαι αὐτοῦ. καὶ διεγόγγυζον οἵ τε φαρισαῖοι καὶ οἱ γραμματεῖς, λέγοντες, ὅτι οὗτος ἁμαρτωλοὺς προσδέχεται, καὶ συνεσθίει αὐτοῖς.* εἶπε δὲ πρὸς αὐτοὺς τὴν παραβολὴν ταύτην, λέγων. τίς ἄνθρωπος ἐξ μς ὑμῶν

huc. Et ait seruus: Domine, factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in uias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Dico enim uobis, quod nemo uirorum illorum qui uocati sunt, gustabit cœnam meam. Ibant autem turbæ multæ cum eo, & cõuersus dixit ad illos: Si quis uenit ad me, nec odit patrem suum, ac matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores: præterea autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. Et quisquis non baiulat crucem suam, & uenit post me, non potest meus esse discipulus. Quis enim est ex uobis, qui uelit turrim ædificare, quin prius sedens computet sumptus, an habeat quibus opus est ad perficiendum, ne postq; posuerit fundamentũ, nec potuerit perficere, omnes qui uiderint, incipiant illudere ei, dicẽtes: Hic homo cœpit ædificare, nec potuit cõsummare? Aut quis rex proficiscens ut committat prælium aduersus alterum regem, nonne sedens prius cogitat, an possit cum decem milibus occurrere ei, qui cum uiginti milibus uenit cõtra se? alioquin adhuc illo longe agente, legatione missa, petit ea quæ pacis sunt. Sic ergo omnis ex uobis, qui nõ renunciat omnibus quæ possidet, non potest meus esse discipulus. Bonum est sal, si uero sal infatuatum fuerit, per quod cõdietur? Neq; in terram, neq; in sterquilinium utile est: Foras proiiciunt illud. Qui habet aures ad audiendum audiat.

Accedebant autem ad eum omnes publicani & peccatores, ut audirent illum. Et murmurabant pharisæi ac scribæ, dicentes: Hic peccatores recipit, ac cibum capit cum illis. Dicebat autem ad illos parabolam hanc, dicens: Quis ex uobis

XV.

ὑμῶν ἔχων ἑκατὸν πρόβατα, καὶ ἀπολέσας ἐν ἐξ
αὐτῶν, οὐ καταλείπει τὰ ἐνενηκονταεννέα ἐν τῇ
ἐρήμῳ, καὶ πορεύεται ἐπὶ τὸ ἀπολωλὸς ἕως
εὕρῃ αὐτό; καὶ εὑρὼν ἐπιτίθησιν ἐπὶ τοὺς ὤμους
ἑαυτοῦ χαίρων, καὶ ἐλθὼν εἰς τὸν οἶκον συγ/
καλεῖ τοὺς φίλους καὶ τοὺς γείτονας, λέγων
αὐτοῖς. συγχάρητέ μοι, ὅτι εὗρον τὸ πρόβα/
τόν μου τὸ ἀπολωλός. λέγω ὑμῖν, ὅτι οὕ/
τως χαρὰ ἔσται ἐν τῷ οὐρανῷ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρ/
τωλῷ μετανοοῦντι, ἢ ἐπὶ ἐνενηκονταεννέα
δικαίοις, οἵτινες οὐ χρείαν ἔχουσι μετάνοί
ας.* Ἢ τίς γυνὴ δραχμὰς ἔχουσα δέκα, ἐὰν
ἀπολέσῃ δραχμὴν μίαν, οὐχὶ ἅπτει λύ/
χνον, καὶ σαροῖ τὴν οἰκίαν, καὶ ζητεῖ ἐπιμε/
λῶς, ἕως οὗ εὕρῃ, καὶ εὑροῦσα συγκαλεῖται
τὰς φίλας καὶ τὰς γείτονας, λέγουσα. συγ
χάρητέ μοι, ὅτι εὗρον τὴν δραχμὴν, ἣν ἀ/
πώλεσα.* οὕτως λέγω ὑμῖν, χαρὰ γίνεται
ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων τοῦ θεοῦ ἐπὶ ἑνὶ ἁμαρ
τωλῷ μετανοοῦντι.* Εἶπε δέ. Ἄνθρωπός τις
εἶχε δύο υἱούς, καὶ εἶπεν ὁ νεώτερος αὐτῶν τῷ
πατρί. πάτερ, δός μοι τὸ ἐπιβάλλον μέρος τῆ μζ
οὐσίας. καὶ διεῖλεν αὐτοῖς τὸν βίον. καὶ μετ' οὐ
πολλὰς ἡμέρας συναγαγὼν ἅπαντα ὁ νεώ
τερος υἱὸς, ἀπεδήμησεν εἰς χώραν μακρὰν, καὶ
ἐκεῖ διεσκόρπισε τὴν οὐσίαν αὐτοῦ, ζῶν ἀσώ
τως. δαπανήσαντος δὲ αὐτοῦ πάντα, ἐγέ/
νετο λιμὸς ἰσχυρὸς κατὰ τὴν χώραν ἐκείνην,
καὶ αὐτὸς ἤρξατο ὑστερεῖσθαι. καὶ πορευθεὶς
ἐκολλήθη ἑνὶ τῶν πολιτῶν τῆς χώρας ἐκεί
νης. καὶ ἔπεμψεν αὐτὸν εἰς τοὺς ἀγροὺς
αὐτοῦ βόσκειν χοίρους. καὶ ἐπεθύμει γεμί/
σαι τὴν κοιλίαν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν κεράτίων, ὧν
ἤσθιον οἱ χοῖροι. καὶ οὐδεὶς ἐδίδου αὐτῷ. εἰς
ἑαυτὸν δὲ ἐλθὼν, εἶπε. πόσοι μίσθιοι τοῦ πα
τρός μου περισσεύουσιν ἄρτοι, ἐγὼ δὲ λιμῷ
ἀπόλλυμαι. ἀναστὰς πορεύσομαι πρὸς τὸν
πατέρα μου, καὶ ἐρῶ αὐτῷ. πάτερ, ἥμαρτον
εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου, καὶ οὐκ ἔτι
εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου, ποίησόν με
ὡς ἕνα τῶν μισθίων σου. καὶ ἀναστὰς, ἦλθε
πρὸς

uobis est homo qui habet centũ oues,
& si perdiderit unam ex illis, nõne relin/
quit nonagintanouẽ in deserto, & uadit
ad illam quæ perierat, donec inueniat
eam? Et cum inuenerit eam, imponit in
humeros suos gaudẽs, uenienscꝫ domũ
conuocat amicos & uicinos, dicens illis:
Gaudete mecũ, quia inueni ouem meã
quæ perierat. Dico uobis: quod ita gau/
dium erit in cœlo super uno peccatore re
sipiscẽte, magis cꝫ super nonagintanouẽ
iustis, qui non indigent pœnitentia. Aut
quæ mulier habẽs drachmas decẽ, si per/
diderit drachmã unam, nõ accẽdit lucer/
nam, & uerrit domũ, quæritcꝫ diligẽter,
donec inueniat? Et cum inuenerit, con/
uocat amicas ac uicinas, dicens: Gaudete
mecũ, quia inueni drachmã, quã perdide
ram. Ita dico uobis, gaudiũ erit corã an/
gelis dei super uno peccatore resipiscẽte.
Ait autẽ: Homo quidam habuit duos fi
lios, & dixit adolescẽtior illorũ patri: Pa/
ter, da mihi portionẽ substantiæ quæ ad
me redit. Et diuisit illis substantiam. Ac
post dies non multos, cũ omnia cõtraxis/
set adolescẽtior filiꝰ, peregre ꝓfectus est
in regionẽ longinquam, & ibi dissipauit
substantiã suam uiuendo luxuriosẽ. Et
postcꝫ omnia cõsumpsisset, facta est fa/
mes ualida in regione illa. Et ipse cœpit
egere. & abijt, & adhæsit uni ciuiũ regio/
nis illius. atq; is misit illũ in uillam suã ut
paſceret porcos. Et cupiebat implere uen
trẽ suũ de siliquis, quibꝰ porci uescebantꝰ,
neq; quisꝯ illi dabat. In se autẽ reuersus
dixit: Qꝫ multi mercenarij patris mei
abundant panibꝰ, ego uero fame pereo.
Surgam & ibo ad patrẽ meũ, & dicã ei:
Pater, peccaui in cœlũ & corã te, iam non
sum dignꝰ uocari filius tuus, fac me sicut
unũ de mercenarijs tuis. Et surgẽs uenit

πρὸς τὸν πατέρα ἑαυτοῦ. ἔτι δὲ αὐτοῦ μακρὰν ἀπέχοντος, εἶδεν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ, καὶ ἐσπλαγχνίσθη, καὶ δραμὼν ἐπέσεν ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ κατεφίλησεν αὐτόν. εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ υἱός. πάτερ, ἥμαρτον εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ ἐνώπιόν σου. καὶ οὐκ ἔτι εἰμὶ ἄξιος κληθῆναι υἱός σου. εἶπε δὲ ὁ πατὴρ πρὸς τοὺς δούλους αὐτοῦ. ἐξενέγκατε τὴν στολὴν τὴν πρώτην, καὶ ἐνδύσατε αὐτόν, καὶ δότε δακτύλιον εἰς τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ ὑποδήματα εἰς τοὺς πόδας, καὶ ἐνέγκαντες τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν θύσατε, καὶ φαγόντες εὐφρανθῶμεν, ὅτι οὗτος ὁ υἱός μου νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε, καὶ ἀπολωλὼς ἦν, καὶ εὑρέθη. καὶ ἤρξαντο εὐφραίνεσθαι. ἦν δὲ ὁ υἱὸς αὐτοῦ ὁ πρεσβύτερος ἐν ἀγρῷ. καὶ ὡς ἐρχόμενος ἤγγισε τῇ οἰκίᾳ, ἤκουσε συμφωνίας καὶ χορῶν, καὶ προσκαλεσάμενος ἕνα τῶν παίδων αὐτοῦ, ἐπυνθάνετο τί εἴη ταῦτα. ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ, ὅτι ὁ ἀδελφός σου ἥκει, καὶ ἔθυσεν ὁ πατήρ σου τὸν μόσχον τὸν σιτευτὸν, ὅτι ὑγιαίνοντα αὐτὸν ἀπέλαβεν. ὠργίσθη δὲ, καὶ οὐκ ἤθελεν εἰσελθεῖν. ὁ οὖν πατὴρ αὐτοῦ ἐξελθὼν παρεκάλει αὐτόν. ὁ δὲ ἀποκριθεὶς, εἶπε τῷ πατρί. ἰδοὺ τοσαῦτα ἔτη δουλεύω σοι, καὶ οὐδέ ποτε ἐντολήν σου παρῆλθον, καὶ ἐμοὶ οὐδέ ποτε ἔδωκας ἔριφον, ἵνα μετὰ τῶν φίλων μου εὐφρανθῶ, ὅτε δὲ ὁ υἱός σου οὗτος ὁ καταφαγών σου τὸν βίον μετὰ πορνῶν, ἦλθεν, ἔθυσας αὐτῷ τὸν μόσχον τὸν σιτευτόν. ὁ δὲ εἶπεν αὐτῷ. τέκνον, σὺ πάντοτε μετ' ἐμοῦ εἶ, καὶ πάντα τὰ ἐμὰ σά ἐστιν. εὐφρανθῆναι δὲ, καὶ χαρῆναι ἔδει, ὅτι ὁ ἀδελφός σου οὗτος νεκρὸς ἦν, καὶ ἀνέζησε, καὶ ἀπολωλὼς ἦν, καὶ εὑρέθη.

ad patrem ſuum. Cum autem adhuc longe abeſſet, uidit illum pater ipſius, & miſericordia motus eſt, & accurrens ruit in collum eius, & oſculatus eſt eum. Dixitq; ei filius: Pater, peccaui in cœlum & coram te, neq; poſthac ſum dignus uocari filius tuus. Dixit autem pater ad ſeruos ſuos: Proferte ſtolam primã, & induite illum: & date annulum in manum eius, & calciamenta in pedes. Et adducite uitulum illum ſaginatũ, atq; mactate, ſumptiſq; epulis lætemur. quia hic filius meus mortuus erat, & reuixit, perierat & inuentus eſt. Et cœperunt lætari. Erat autem filius eius ſenior in agro. & cum ueniret, & appropinquaſſet domui, audiuit concentum & choros, & uocauit unum de ſeruis ſuis, & interrogauit quid eſſent illa. At is dixit illi: Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulum illũ ſaginatũ, qđ incolumem illum receperit. Indignatus eſt autem, nec uolebat introire. Pater ergo illius egreſſus rogabat illum. At ille reſpõdens, dixit patri: Ecce tot annis ſeruio tibi, nec unquam præceptũ tuum tranſgreſſus ſum, nec unquam dediſti mihi hœdum, ut cum amicis meis lætarer: ſed poſtquam filius tuus hic, qui deuorauit ſubſtantiam tuam cum meretricibus, uenit, occidiſti illi uitulum illũ ſaginatũ. At ille dixit ei: Fili, tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt. Lætari autem & gaudere oportebat, quia frater tuus hic mortuus erat, ac reuixit: & perierat & inuentus eſt.

ελεγε δὲ καὶ πρὸς τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ, ἄνθρωπός τις ἦν πλούσιος, ὃς εἶχεν οἰκονόμον, καὶ οὗτος διεβλήθη αὐτῷ, ὡς διασκορπίζων τὰ ὑπάρχοντα αὐτοῦ. καὶ φωνήσας αὐτὸν, εἶπεν αὐτῷ. τί τοῦτο ἀκούω περὶ σοῦ; ἀπόδος τὸν λόγον τῆς οἰκονομίας σου. οὐ γὰρ δυνήσῃ

Dicebat autem & ad diſcipulos ſuos: Homo quidam erat diues, qui habebat diſpenſatorẽ, & hic delatus eſt apud illũ, ut qui diſſiparet bona ipſius. Et uocauit illum, & ait illi: Quid hoc audio de te? Redde rationẽ diſpẽſatiõis tuæ. Nõ em poteris XVI

δυνήσομαι ἔτι οἰκονομεῖν. εἶπε δὲ ἐν ἑαυτῷ ὁ οἰκονόμος, τί ποιήσω, ὅτι ὁ κύριός μου ἀφαιρεῖται τὴν οἰκονομίαν ἀπ' ἐμοῦ, σκάπτειν οὐκ ἰσχύω, ἐπαιτεῖν αἰσχύνομαι, ἔγνων τί ποιήσω, ἵνα ὅταν μετασταθῶ ἐκ τῆς οἰκονομίας, δέξονταί με εἰς τοὺς οἴκους αὐτῶν. καὶ προσκαλεσάμενος ἕνα ἕκαστον τῶν χρεωφειλετῶν τοῦ κυρίου αὐτοῦ, ἔλεγε τῷ πρώτῳ. πόσον ὀφείλεις τῷ κυρίῳ μου; ὁ δὲ εἶπεν. ἑκατὸν βάτους ἐλαίου. καὶ εἶπεν αὐτῷ. δέξαι σου τὸ γράμμα. καὶ καθίσας ταχέως γράψον πεντήκοντα. ἔπειτα ἑτέρῳ εἶπε. σὺ δὲ πόσον ὀφείλεις; ὁ δὲ εἶπεν. ἑκατὸν κόρους σίτου. καὶ λέγει αὐτῷ. δέξαι σου τὸ γράμμα, καὶ γράψον ὀγδοήκοντα. καὶ ἐπῄνεσεν ὁ κύριος τὸν οἰκονόμον τῆς ἀδικίας, ὅτι φρονίμως ἐποίησεν. ὅτι οἱ υἱοὶ τοῦ αἰῶνος τούτου φρονιμώτεροι ὑπὲρ τοὺς υἱοὺς τοῦ φωτὸς εἰς τὴν γενεὰν τὴν ἑαυτῶν εἰσί. κἀγὼ ὑμῖν λέγω. ποιήσατε ἑαυτοῖς φίλους ἐκ τοῦ μαμωνᾶ τῆς ἀδικίας, ἵνα ὅταν ἐκλίπητε, δέξονται ὑμᾶς εἰς τὰς αἰωνίους σκηνάς. ὁ πιστὸς ἐν ἐλαχίστῳ, καὶ ἐν πολλῷ πιστός ἐστι, καὶ ὁ ἐν ἐλαχίστῳ ἄδικος, καὶ ἐν πολλῷ ἄδικός ἐστιν. εἰ οὖν ἐν τῷ ἀδίκῳ μαμωνᾷ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ἀληθινὸν τίς ὑμῖν πιστεύσει; καὶ εἰ ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει; *οὐδεὶς οἰκέτης δύναται δυσὶ κυρίοις δουλεύειν, ἢ γὰρ τὸν ἕνα μισήσει, καὶ τὸν ἕτερον ἀγαπήσει, ἢ ἑνὸς ἀνθέξεται, καὶ τοῦ ἑτέρου καταφρονήσει. οὐ δύνασθε θεῷ δουλεύειν καὶ μαμωνᾷ. *ἤκουον δὲ ταῦτα πάντα καὶ οἱ φαρισαῖοι φιλάργυροι ὑπάρχοντες, καὶ ἐξεμυκτήριζον αὐτόν. καὶ εἶπεν αὐτοῖς. ὑμεῖς ἐστε οἱ δικαιοῦντες ἑαυτοὺς ἐνώπιον τῶν ἀνθρώπων, ὁ δὲ θεὸς γινώσκει τὰς καρδίας ὑμῶν, ὅτι ὃ ἐν ἀνθρώποις ὑψηλόν, βδέλυγμα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ ἐστιν. *ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται ἕως Ἰωάννου, ἀπὸ τότε ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ εὐαγγελίζεται, καὶ πᾶς εἰς αὐτὴν βιάζεται, *εὐκοπώτερον δέ ἐστι τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν παρελθεῖν, ἢ τοῦ

poteris posthac dispẽsare. Ait aũt dispẽsator intra se: Quid faciã, quia dñs meus aufert à me dispẽsationẽ? Fodere nõ ualeo, mendicare erubesco. Scio quid faciã, ut cum amotus fuero à dispẽsatione, recipiant me in domos suas. Cõuocatis itaq; singulis debitoribus domini sui, dicebat primo: Quantũ debes dño meo? At ille dixit: Centũ batos olei. Dixitq; illi: Accipe cautionem tuam, & sede cito & scribe quinquaginta. Deinde alteri dixit: Tu uero quantũ debes? Qui ait, centum coros tritici. Ait illi: Accipe cautionẽ tuam, & scribe octoginta. Et laudauit dominꝰ dispensatorem iniquum, quod prudenter fecisset. Quia filij huiꝰ sæculi prudentiores sunt filijs lucis in natione sua. Et ego uobis dico: Facite uobis amicos ex mammona iniusto, ut cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula. Qui fidelis est in minimo, & in multo fidelis est. & qui in minimo iniquus est, is & in multo iniquus est. Si ergo in iniquo mammona fideles nõ fuistis, quod uerum est, quis credet uobis? Et si in alieno fideles non fuistis, quod uestrum est, quis dabit uobis? Nemo seruus potest duobus dominis seruire. aut enim hunc odio habebit, & alterum illum diliget, aut huic adhærebit, & alterum illum contemnet. Nõ potestis deo seruire & mammonæ. Audiebant autem hæc omnia & pharisæi qui erant auari & deridebãt illum. Et ait illis: Vos estis qui iustificatis uosipsos coram hominibus, deus autem nouit corda uestra. Quia quod hominibus excelsum est, abominandũ est coram deo. Lex & prophetæ usq; ad Ioannem, ab eo tempore regnum dei annunciatur, & quiuis in illud uim facit. Facilius est autẽ cœlum & terram præterire,

ϛζ ἢ τὸν νόμου μίαν κεραίαν πεσεῖν. *πᾶς ὁ ἀπο
6 λύων τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ γαμῶν ἑτέραν,
μοιχεύει· καὶ πᾶς ὁ ἀπολελυμένην ἀπὸ ἀν
ϛζ δρὸς γαμῶν, μοιχεύει. *Ἄνθρωπος δέ τις ἦν
1 πλούσιος, καὶ ἐνεδιδύσκετο πορφύραν
καὶ βύσσον, εὐφραινόμενος καθ' ἡμέραν λαμ
πρῶς. πτωχὸς δέ τις ἦν ὀνόματι λάζαρος,
ὃς ἐβέβλητο πρὸς τὸν πυλῶνα αὐτοῦ ἡλκω
μένος, καὶ ἐπιθυμῶν χορτασθῆναι ἀπὸ τῶν
ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τοῦ
πλουσίου· ἀλλὰ καὶ οἱ κύνες ἐρχόμενοι ἀπέ
λειχον τὰ ἕλκη αὐτοῦ. ἐγένετο δὲ ἀποθανεῖν
τὸν πτωχὸν καὶ ἀπενεχθῆναι αὐτὸν ὑπὸ
τῶν ἀγγέλων εἰς τὸν κόλπον ἀβραάμ·
Ἀπέθανε δὲ καὶ ὁ πλούσιος, καὶ ἐτάφη,
καὶ ἐν τῷ ᾅδῃ ἐπάρας τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐ
τοῦ, ὑπάρχων ἐν βασάνοις, ὁρᾷ τὸν ἀβραάμ
ἀπὸ μακρόθεν, καὶ λάζαρον ἐν τοῖς κόλποις
αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς φωνήσας, εἶπε· πάτερ ἀβρα
ὰμ, ἐλέησόν με, καὶ πέμψον λάζαρον, ἵνα
βάψῃ τὸ ἄκρον τοῦ δακτύλου αὐτοῦ ὕδατος,
καὶ καταψύξῃ τὴν γλῶσσάν μου, ὅτι ὀδυνῶ
μαι ἐν τῇ φλογὶ ταύτῃ· Εἶπε δὲ ἀβραάμ·
Τέκνον, μνήσθητι, ὅτι ἀπέλαβες τὰ ἀγαθά
σου ἐν τῇ ζωῇ σου, καὶ λάζαρος ὁμοίως τὰ
κακά· νῦν δὲ ὧδε παρακαλεῖται, σὺ δὲ ὀδυνᾶ
σαι· καὶ ἐπὶ πᾶσι τούτοις μεταξὺ ἡμῶν καὶ
ὑμῶν χάσμα μέγα ἐστήρικται, ὅπως οἱ θέ
λοντες διαβῆναι ἐντεῦθεν πρὸς ὑμᾶς, μὴ
δύνωνται, μηδὲ οἱ ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς διαπερῶσιν· Εἶπε δέ, ἐρωτῶ οὖν σε πάτερ, ἵνα
πέμψῃς αὐτὸν εἰς τὸν οἶκον τοῦ πατρός μου·
ἔχω γὰρ πέντε ἀδελφούς, ὅπως διαμαρτύ
ρηται αὐτοῖς, ἵνα μὴ καὶ αὐτοὶ ἔλθωσιν εἰς τὸν
τόπον τοῦτον τῆς βασάνου· λέγει αὐτῷ ἀβρα
άμ· ἔχουσι Μωσέα καὶ τοὺς προφήτας,
ἀκουσάτωσαν αὐτῶν· ὁ δὲ εἶπεν· οὐχὶ
πάτερ ἀβραάμ, ἀλλ' ἐάν τις ἀπὸ νεκρῶν
πορευθῇ πρὸς αὐτούς, μετανοήσουσιν· Εἶπε
δὲ αὐτῷ· Εἰ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν οὐκ ἀκούου
σιν, οὐδ' ἐάν τις ἐκ νεκρῶν ἀναστῇ, πεισθήσονται.

quam legis unum apicem cadere. Quisquis dimittit uxorem suam, & alteram ducit, adulterium committit: & qui dimissam à uiro ducit, adulterium committit. Homo quidam erat diues, qui induebatur purpura & byssо, & epulabatur quotidie splendide. Erat autem quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuam eius hulcerosus, cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis. Sed & canes ueniebant, ac lingebant hulcera eius. Accidit autem ut moreretur mendicus, & deportaretur ab angelis in sinum Abrahæ. Mortuus est autem & diues, ac sepultus est. Atq; in Tartaro sublatis oculis suis, cum esset in tormentis, uidet Abraham eminus, & Lazarum in sinu eius, & ipse clamans dixit: Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum, ut intinguat extremũ digiti sui in aquã, ac refrigeret linguam meam, quia crucior in flamma hac. Dixit autem Abraham: Fili, recordare, quod receperis bona tua in uita tua, & Lazarus similiter mala. Nunc autem hic solatio fruitur, tu uero cruciaris. Et super hæc omnia inter nos & uos hiatus ingens firmatus est, ut hi qui uolunt hinc transire ad uos, non possint, neque inde huc transcendere. Ait autem: Rogo ergo te pater, ut mittas eum in domum patris mei. Habeo enim quinq; fratres, ut testetur illis, ne & ipsi ueniant in hunc locum cruciatus. Ait illi Abraham: Habent Mosen ac prophetas, audiant illos. At ille dixit: Non pater Abraham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, resipiscent. Ait autem illi: Si Mosen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexẽrit, credent.

Εἶπε

Ait

ρϛζ β *Εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητάς. ἀνένδεκτόν
ἐστι, μὴ ἐλθεῖν τὰ σκάνδαλα, οὐαὶ δὲ δι' οὗ
ἔρχεται, λυσιτελεῖ αὐτῷ, εἰ μύλος ὀνικὸς
περίκειται περὶ τὸν τράχηλον αὐτοῦ, καὶ ἔρρι-
πται εἰς τὴν θάλασσαν, ἢ ἵνα σκανδαλίσῃ
ρϛη ε ἕνα τῶν μικρῶν τούτων. *προσέχετε ἑαυτοῖς.
ἐὰν δὲ ἁμάρτῃ εἰς σὲ ὁ ἀδελφός σου, ἐπιτί-
μησον αὐτῷ, καὶ ἐὰν μετανοήσῃ, ἄφες αὐτῷ.
ρϛθ ε *Καὶ ἐὰν ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἁμάρτῃ εἰς σὲ,
καὶ ἑπτάκις τῆς ἡμέρας ἐπιστρέψῃ ἐπί σε, λέγων,
σ ε μετανοῶ, ἀφήσεις αὐτῷ. *καὶ εἶπον οἱ ἀπόστο-
λοι τῷ κυρίῳ, Πρόσθες ἡμῖν πίστιν. Εἶπε δὲ ὁ
κύριος, Εἰ ἔχετε πίστιν ὡς κόκκον σινάπεως,
ἐλέγετε ἂν τῇ συκαμίνῳ ταύτῃ, ἐκριζώθητι
καὶ φυτεύθητι ἐν τῇ θαλάσσῃ, καὶ ὑπήκου-
σα ι σεν ἂν ὑμῖν. *τίς δὲ ἐξ ὑμῶν δοῦλον ἔχων
ἀροτριῶντα ἢ ποιμαίνοντα, ὃς εἰσελθόντι
ἐκ τοῦ ἀγροῦ ἐρεῖ, εὐθέως παρελθὼν ἀνάπεσαι,
ἀλλ' οὐχὶ ἐρεῖ αὐτῷ, ἑτοίμασον, τί δειπνή-
σω, καὶ περιζωσάμενος διακόνει μοι ἕως φά-
γω καὶ πίω, καὶ μετὰ ταῦτα φάγεσαι καὶ
πίεσαι σύ; μὴ χάριν ἔχει τῷ δούλῳ ἐκείνῳ,
ὅτι ἐποίησε τὰ διαταχθέντα αὐτῷ; οὐ δο-
κῶ. οὕτως καὶ ὑμεῖς, ὅταν ποιήσητε πάντα
τὰ διαταχθέντα ὑμῖν, λέγετε, ὅτι δοῦλοι
ἀχρεῖοί ἐσμεν, ὅτι ὃ ὀφείλομεν ποιῆσαι, πε-
ποιήκαμεν. καὶ ἐγένετο ἐν τῷ πορεύεσθαι
αὐτὸν εἰς ἱερουσαλὴμ, καὶ αὐτὸς διήρχετο διὰ
μέσου σαμαρίας καὶ γαλιλαίας. καὶ εἰσερχο-
μένου αὐτοῦ εἴς τινα κώμην, ἀπήντησαν αὐ- ξ
τῷ δέκα λεπροὶ ἄνδρες, οἳ ἔστησαν πόρρω-
θεν. καὶ αὐτοὶ ἦραν φωνὴν, λέγοντες. Ιησοῦ ἐπι-
στάτα, ἐλέησον ἡμᾶς. καὶ ἰδὼν, εἶπεν αὐ-
τοῖς, πορευθέντες ἐπιδείξατε ἑαυτοὺς τοῖς
ἱερεῦσι. καὶ ἐγένετο, ἐν τῷ ὑπάγειν αὐτοὺς
ἐκαθαρίσθησαν. εἷς δὲ ἐξ αὐτῶν ἰδὼν, ὅτι ἰά-
θη, ὑπέστρεψε, μετὰ φωνῆς μεγάλης δοξάζων
τὸν θεόν. καὶ ἔπεσεν ἐπὶ πρόσωπον παρὰ
τοὺς πόδας αὐτοῦ, εὐχαριστῶν αὐτῷ. καὶ αὐ-
τὸς ἦν σαμαρίτης. ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Ιησοῦς, εἶπεν.
οὐχὶ οἱ δέκα ἐκαθαρίσθησαν; οἱ δὲ ἐννέα ποῦ;
οὐχὶ

Ait autē ad discipulos: Fieri nō potest, XVII
quin ueniant offendicula. Væ tamen illi
per quē ueniunt. Expedit illi, si mola asi-
naria ponatur circa collum eius, & proie-
ctus fuerit in mare, potius q̄ ut offendi-
culo sit uni de pusillis istis. Cauete uobis:
Si peccauerit in te frater tuus, increpa il-
lum: & si pœnituerit, remitte illi. Et si se-
pties in die peccauerit in te, & septies in
die cōuersus fuerit ad te, dicens: Pœnitet
me: remittes illi. Et dixerūt apostoli dn̄o:
Adauge nobis fidem. Dixit autē dn̄s: Si
haberetis fidem sicut habet granum sina-
pis, dixissetis huic arbori sycamino, eradi-
care & transplantare in mare, & obedis-
set uobis. Quis autem uestrum, habens
seruum arantē aut pascentē: qui regresso
ab agro dicat, statim transi & accumbe:
Ac non potius dicit illi: para qd' cœnem,
& præcinge te, ac ministra mihi donec
edero & bibero, & post hæc edito & bi-
bito tu? Num gratiam habet seruo illi,
quia fecit quæ ei imperata fuerant? Non
puto. Sic & uos, cum feceritis om̄ia quæ
præcepta sunt uobis, dicite: Serui iutiles
sumus. quod debuimus facere, fecimus.
Et factum est dum iret Hierosolymā, &
ipse transibat per mediam Samariam &
Galilæam. Et cum ingrederet quendam
uicum, occurrerunt ei decem uiri leprosi,
qui steterunt procul, intentaq́ uoce, di-
xerunt: Iesu præceptor, miserere nostri.
Quos ut uidit, dixit illis: Ite ostendite
uos sacerdotibus. Et factum est, ut inter
eundum mundati sint. Vnus autem ex
illis ut uidit, quod mūdatus esset, regres-
sus est, cū uoce magna glorificans deum,
& procidit in faciē ad pedes eius, gratias
agens ei: Et hic erat Samaritanus. Re-
spondens autē Iesus, dixit: Nōne decem
mundati sunt? Nouem autem illi ubi?
Non

οὐχὶ εὑρέθησαν ὑποστρέψαντες δοῦναι δόξαν τῷ θεῷ, εἰ μὴ ὁ ἀλλογενὴς οὗτος. καὶ εἶπεν αὐτῷ. ἀναστὰς πορεύου, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε, * ἐπερωτηθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν φαρισαίων, πότε ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ, ἀπεκρίθη αὐτοῖς καὶ εἶπεν, οὐκ ἔρχεται ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ μετὰ παρατηρήσεως. οὐδὲ ἐροῦσιν, ἰδοὺ ὧδε, ἢ ἰδοὺ ἐκεῖ. ἰδοὺ γὰρ ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἐντὸς ὑμῶν ἐστιν. * εἶπε δὲ πρὸς τοὺς μαθητάς, ἐλεύσονται ἡμέραι, ὅτε ἐπιθυμήσετε μίαν τῶν ἡμερῶν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ἰδεῖν, καὶ οὐκ ὄψεσθε. * καὶ ἐροῦσιν ὑμῖν. ἰδοὺ ὧδε, ἰδοὺ ἐκεῖ. μὴ ἀπέλθητε, μηδὲ διώξητε, * ὥσπερ γὰρ ἡ ἀστραπὴ ἀστράπτουσα ἐκ τῆς ὑπ' οὐρανὸν, εἰς τὴν ὑπ' οὐρανὸν λάμπει, οὕτως ἔσται ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ ἡμέρᾳ αὐτοῦ. * πρῶτον δὲ δεῖ αὐτὸν πολλὰ παθεῖν, καὶ ἀποδοκιμασθῆναι ἀπὸ τῆς γενεᾶς ταύτης. * καὶ καθὼς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Νῶε, οὕτως ἔσται καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου. ἤσθιον, ἔπινον, ἐγάμουν, ἐξεγαμίζοντο, ἄχρι ἧς ἡμέρας εἰσῆλθεν Νῶε εἰς τὴν κιβωτὸν, καὶ ἦλθεν ὁ κατακλυσμὸς, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας. * ὁμοίως καθὼς ἐγένετο ἐν ταῖς ἡμέραις Λώτ. ἤσθιον, ἔπινον, ἠγόραζον, ἐπώλουν, ἐφύτευον, ᾠκοδόμουν, ᾗ δὲ ἡμέρᾳ ἐξῆλθε Λὼτ ἀπὸ Σοδόμων, ἔβρεξε πῦρ καὶ θεῖον ἀπ' οὐρανοῦ, καὶ ἀπώλεσεν ἅπαντας, κατὰ ταῦτα ἔσται, ᾗ ἡμέρᾳ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἀποκαλύπτεται. * ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ὃς ἔσται ἐπὶ τοῦ δώματος, καὶ τὰ σκεύη αὐτοῦ ἐν τῇ οἰκίᾳ, μὴ καταβάτω ἆραι αὐτά. καὶ ὁ ἐν τῷ ἀγρῷ ὁμοίως μὴ ἐπιστρεψάτω εἰς τὰ ὀπίσω. * μνημονεύετε τῆς γυναικὸς Λώτ. * ὃς ἐὰν ζητήσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ σῶσαι, ἀπολέσει αὐτήν, καὶ ὃς ἐὰν ἀπολέσῃ αὐτὴν, ζωογονήσει αὐτήν. * λέγω ὑμῖν, ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ ἔσονται δύο ἐπὶ κλίνης μιᾶς, ὁ εἷς παραλημφθήσεται, καὶ ὁ ἕτερος ἀφεθήσεται. δύο ἔσονται ἀλήθουσαι ἐπὶ τὸ αὐτό, ἡ μία παραλημφθήσεται, καὶ ἡ ἑτέρα ἀφεθήσεται.

Non sunt reperti qui redierint, ut darent gloriam deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, uade, fides tua te seruauit. Interrogatus autem à phariſæis, quando uenturum esset regnum dei, respondit eis, & dixit: Non ueniet regnum dei cum obseruatione, neque dicent, ecce hic, aut ecce illic. Ecce enim regnum dei intra uos est. Et ait ad discipulos: Venient dies, quando desyderabitis uidere unum dierum filij hominis, nec uidebitis. Et dicent uobis: Ecce hic, ecce illic. Nolite ire, neque sectemini. Nam sicut fulgur coruscans è regione quæ sub cœlo est, in alteram quæ sub cœlo est fulget, ita erit filius hominis in die suo. Sed primus oportet illum multa pati, & reprobari à natione hac. Et sicut accidit in diebus Noë, ita erit & in diebus filij hominis. Edebant, bibebant, uxores ducebant, & dabantur nuptum ad eum usque diem, quo intrauit Noë in arcam, & uenit diluuium, & perdidit omnes. Consimiliter etiam sicut accidit in diebus Lot. Edebant, bibebant, emebant, uendebant, plantabant, ædificabant: Cæterum quo die exijt Lot è Sodomis, pluit igni & sulphure de cœlo, & omnes perdidit: Secundum hæc erit dies, quo filius hominis reuelatur. In illo die qui fuerit in tecto, & uasa eius in domo, ne descendat ad tollendum illa, & qui in agro similiter non redeat ad relicta. Memores estote uxoris Lot. Quicunque quæsierit animam suam seruare, perdet illam: Et quicunque perdiderit illam, uitam illi parabit. Dico uobis, in illa nocte erunt duo in lecto uno, unus assumetur & alter relinquetur. Duæ erunt molentes simul, una assumetur, & altera relinquetur.

Et

σιγ ε σιδ ι * καὶ ἀποκριθέντες λέγουσιν αὐτῷ, ποῦ κύ-
ριε; ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς. ὅπου τὸ σῶμα, ἐκεῖ συ-
ναχθήσονται τοὶ οἱ ἀετοί. * Ελεγε δὲ τοὶ πα-
ραβολὴν αὐτοῖς πρὸς τὸ δεῖν πάντοτε προσεύ-
χεσθαι, τοὶ μὴ ἐκκακεῖν, λέγων. Κριτής τις ἦν ξα
ἔν τινι πόλει, τὸν θεὸν μὴ φοβούμενος, καὶ ἄν-
θρωπον μὴ ἐντρεπόμενος. χήρα δέ τις ἦν
ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ, καὶ ἤρχετο πρὸς αὐτὸν, λέ-
γουσα. ἐκδίκησόν με ἀπὸ τοῦ ἀντιδίκου μου.
καὶ οὐκ ἠθέλησεν ἐπὶ χρόνον. μετὰ δὲ ταῦ-
τα εἶπεν ἐν ἑαυτῷ. εἰ καὶ τὸν θεὸν οὐ φοβοῦ-
μαι τοὶ ἄνθρωπον οὐκ ἐντρέπομαι, διάγε τὸ
παρέχειν μοι κόπον τὴν χήραν ταύτην, ἐκ-
δικήσω αὐτὴν, ἵνα μὴ εἰς τέλος ἐρχομένη
ὑποπιάζῃ με. εἶπε δὲ ὁ κύριος. ἀκούσατε
τί ὁ κριτὴς τῆς ἀδικίας λέγει. ὁ δὲ θεὸς οὐ
μὴ ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν τῶν ἐκλεκτῶν αὐτοῦ
τῶν βοώντων πρὸς αὐτὸν ἡμέρας καὶ νυκτὸς,
καὶ μακροθυμῶν ἐπ' αὐτοῖς; λέγω ὑμῖν,
ὅτι ποιήσει τὴν ἐκδίκησιν αὐτῶν ἐν τάχει.
πλὴν ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐλθὼν ἆρα εὑρή-
σει τὴν πίστιν ἐπὶ τῆς γῆς; εἶπε δὲ τοὶ πρός
τινας τοὺς πεποιθότας ἐφ' ἑαυτοῖς, ὅτι εἰσὶ δί-
καιοι καὶ ἐξουθενοῦντας τοὺς λοιπούς, τὴν πα-
ραβολὴν ταύτην. Ανθρωποι δύο ἀνέβησαν ξβ
εἰς τοῦ ἱερὸν προσεύξασθαι, ὁ εἷς φαρισαῖος,
τοὶ ὁ ἕτερος τελώνης. ὁ φαρισαῖος σταθεὶς, πρὸς
ἑαυτὸν ταῦτα προσηύχετο, ὁ θεὸς εὐχαριστῶ-
σοι, ὅτι οὐκ εἰμὶ ὥσπερ οἱ λοιποὶ τῶν ἀνθρώ-
πων, ἅρπαγες, ἄδικοι, μοιχοὶ, ἢ τοὶ ὡς οὗ-
τος ὁ τελώνης, νηστεύω δὶς τοῦ σαββάτου, ἀ-
ποδεκατῶ πάντα ὅσα κτῶμαι. καὶ ὁ τελώνης
μακρόθεν ἑστὼς, οὐκ ἤθελεν οὐδὲ τοὺς ὀφθαλ-
μοὺς εἰς τὸν οὐρανὸν ἐπᾶραι, ἀλλ' ἔτυπτεν εἰς
τὸ στῆθος αὐτοῦ, λέγων. ὁ θεὸς ἱλάσθητί μοι τῷ
ἁμαρτωλῷ. Λέγω ὑμῖν, κατέβη οὗτος δεδι-
σιε ε καιωμένος εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, ἢ ἐκεῖνος. * ὅτι
πᾶς ὁ ὑψῶν ἑαυτὸν, ταπεινωθήσεται, ὁ δὲ τα-
σιστ β πεινῶν ἑαυτὸν, ὑψωθήσεται. * Προσέφερον δὲ
αὐτῷ καὶ τὰ βρέφη, ἵνα αὐτῶν ἅπτητε. Ιδόν-
τες δὲ οἱ μαθηταὶ, ἐπετίμησαν αὐτοῖς. ὁ δὲ Ιησοῦς
προσκαλε-

Et respondentes dicunt illi: Vbi domi-
ne? Qui dixit illis: Vbicunq; fuerit cor-
pus, illuc cōgregabunt & aquilæ.

Dicebat autem & parabolam ad il- XVIII
los, huc spectantē, quod oporteret sem-
per orare, nec defatigari, dicēs: Iudex qui-
dam erat in quadam ciuitate, qui deum
non timebat, nec hominē reuerebatur.
Vidua autem quædam erat in ciuitate il-
la, & ueniebat ad eum, dicens: Vindica
me de aduersario meo. Et nolebat ali-
quandiu. post hæc autem dixit intra se:
Quanq̄ deum non timeo, nec hominē
reuereor, tamen quia molesta est mihi
hæc uidua, uindicabo illam, ne tandem
ueniēs sugillet me. Ait aūt domin⁹: Au-
dite quid iudex iniquus dicat: Deus aūt
nō faciet uindictā electorū suorū, clamā-
tium ad se die ac nocte, etiā cum patiens
fuerit super illis? Dico uobis, quod faciet
uindictā illorū cito. Verū tamē filius ho-
minis cū uenerit, an repturus est fidē in
terra? Dixit aūt & ad quosdā, qui in se
cōfidebant, quod essent iusti, & asperna-
bant cæteros, parabolā istā: Duo hoīes
ascendebant in templū, ut præcarentur,
unus pharisæus, & alter publican⁹. Pha-
risæus stans, hæc apud se orabat: Deus
gratias ago tibi, quod nō sim sicut cæte-
ri homines, raptores, iniusti, adulteri, ue-
lut etiā hic publicanus. ieiuno bis in sab-
bato. decimas do omniū quæ possideo.
Et publicanus ꝓcul stās, nec oculos uole-
bat ad cœlū attollere, sed ꝑcutiebat pe-
ctus suū, dicēs: Deus ꝓpitius esto mihi
peccatori. Dico uobis: descēdit hic iustifi-
catus in domū suā magis q̄ ille: quia oīs
qui se extollit, humiliabit: & qui se hu-
miliat, extolletur. Afferebant aūt ad eū
& infantes, ut eos tangeret. Quod cū ui-
derēt discipuli, increpabāt illos. Iesus aūt
cum

προσκαλεσάμενος αὐτὰ, εἶπεν. ἄφετε τὰ παιδία ἔρχεσθαι πρός με, καὶ μὴ κωλύετε αὐτά. τῶν γὰρ τοιούτων ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ. * ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὃς ἐὰν μὴ δέξηται τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ ὡς παιδίον, οὐ μὴ εἰσέλθῃ εἰς αὐτήν. * Καὶ ἐπηρώτησέ τις ἄρχων ξγ αὐτὸν, λέγων. Διδάσκαλε ἀγαθὲ, τί ποιήσας ζωὴν αἰώνιον κληρονομήσω; εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς. τί με λέγεις ἀγαθόν; οὐδεὶς ἀγαθὸς, εἰ μὴ εἷς ὁ θεός. τὰς ἐντολὰς οἶδας, μὴ μοιχεύσεις, μὴ φονεύσεις, μὴ κλέψεις, μὴ ψευδομαρτυρήσεις, τίμα τὸν πατέρα σου καὶ τὴν μητέρα σου. ὁ δὲ εἶπε. ταῦτα πάντα ἐφυλαξάμην ἐκ νεότητός μου. * ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Ἰησοῦς, εἶπεν αὐτῷ. ἔτι ἕν σοι λείπει. πάντα ὅσα ἔχεις πώλησον, καὶ δίδου πτωχοῖς, καὶ ἕξεις θησαυρὸν ἐν οὐρανῷ, καὶ δεῦρο ἀκολούθει μοι. * ὁ δὲ ἀκούσας ταῦτα, περίλυπος ἐγένετο, ἦν γὰρ πλούσιος σφόδρα. ἰδὼν δὲ αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς περίλυπον γενόμενον, εἶπε. πῶς δυσκόλως οἱ τὰ χρήματα ἔχοντες, εἰσελεύσονται εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ. εὐκοπώτερόν γάρ ἐστι κάμηλον διὰ τρυμαλιᾶς ῥαφίδος εἰσελθεῖν, ἢ πλούσιον εἰς τὴν βασιλείαν τοῦ θεοῦ εἰσελθεῖν. εἶπον δὲ οἱ ἀκούσαντες. καὶ τίς δύναται σωθῆναι; ὁ δὲ εἶπε, τὰ ἀδύνατα παρὰ ἀνθρώποις, δυνατά ἐστι παρὰ τῷ θεῷ. εἶπε δὲ ὁ πέτρος. ἰδοὺ ἡμεῖς ἀφήκαμεν πάντα, καὶ ἠκολουθήσαμέν σοι. * ὁ δὲ εἶπεν αὐτοῖς, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅτι οὐδείς ἐστιν ὃς ἀφῆκεν οἰκίαν, ἢ γονεῖς, ἢ ἀδελφοὺς, ἢ γυναῖκα, ἢ τέκνα ἕνεκεν τῆς βασιλείας τοῦ θεοῦ, ὃς οὐ μὴ ἀπολάβῃ πολλαπλασίονα ἐν τῷ καιρῷ τούτῳ, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τῷ ἐρχομένῳ ζωὴν αἰώνιον. * παραλαβὼν δὲ τοὺς δώδεκα εἶπε πρὸς αὐτούς. ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ πληρωθήσεται πάντα τὰ γεγραμμένα διὰ τῶν προφητῶν, τῷ υἱῷ τοῦ ἀνθρώπου. παραδοθήσεται γὰρ τοῖς ἔθνεσι, καὶ ἐμπαιχθήσεται, καὶ ὑβρισθήσεται, καὶ ἐμπτυσθήσεται,

σιζ β σιη β σιθ β σκ β σκα β σκβ β

cum illos ad se uocasset dixit, Sinite pueros uenire ad me, & nolite uetare eos. talium est enim regnum dei. Amen dico uobis: quicunq; non acceperit regnū dei ueluti puer, non intrabit in illud. Et interrogauit eum quidam princeps, dicens: Magister bone, quid faciendū mihi, ut consequar uitam æternam? Dixit autem ei Iesus: Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi solus deus. Præcepta nosti: Non cōmittes adulterium, non occides, non facies furtum, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum & matrem tuam. At ille ait: Hæc omnia seruaui à iuuentute mea. Quo audito Iesus, ait ei: Adhuc unum tibi deest. Omnia quæcunq; habes, uende, & distribue pauperib9, & habebis thesaurū in cœlo, & ueni sequere me. His ille auditis mœrore affectus est, quia diues erat ualde. Videns autem Iesus illum mœrore affectum, dixit: Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum dei intrabunt. Facilius est enim camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnū dei. Et dixerunt qui audierāt: Et quis potest saluus fieri? At ille ait: Quæ impossibilia sunt apud homines: possibilia sunt apud deum. Ait autem Petrus: Ecce nos reliquimus omnia ac secuti sumus te. Qui dixit eis: Amen dico uobis, nemo est, qui reliquit domum, aut parētes, aut fratres, aut uxorem, aut liberos propter regnum dei, qui non recepturus sit multo plura in hoc tempore, & in sæculo uēturo uitam æternam. Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait illis: Ecce ascendimus Hierosolymā, & consummabuntur omnia, quæ scripta sunt per prophetas, filio hominis. Tradet' eū gentibus, & illudet', & cōtumelijs afficiet', & cōspuet',

καὶ μαστιγώσαντες ἀποκτενοῦσιν αὐτόν, καὶ τῇ ἡμέρᾳ τῇ τρίτῃ ἀναστήσεται. * καὶ αὐτοὶ οὐδὲν τούτων συνῆκαν, καὶ ἦν τὸ ῥῆμα τοῦτο κεκρυμμένον ἀπ' αὐτῶν, καὶ οὐκ ἐγίνωσκον τὰ λεγόμενα. * Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἐγγίζειν αὐτὸν εἰς Ἰεριχώ, τυφλός τις ἐκάθητο παρὰ τὴν ὁδὸν, προσαιτῶν. ἀκούσας δὲ ὄχλου διαπορευομένου, ἐπυνθάνετο, τί εἴη τοῦτο. ἀπήγγειλαν δὲ αὐτῷ, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος παρέρχεται. καὶ ἐβόησε, λέγων. Ἰησοῦ υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με. καὶ οἱ προάγοντες ἐπετίμων αὐτῷ, ἵνα σιωπήσῃ. αὐτὸς δὲ πολλῷ μᾶλλον ἔκραζεν, υἱὲ Δαβὶδ, ἐλέησόν με. σταθεὶς δὲ ὁ Ἰησοῦς, ἐκέλευσεν αὐτὸν ἀχθῆναι πρὸς αὐτόν. ἐγγίσαντι δὲ αὐτοῦ ἐπηρώτησεν αὐτὸν, λέγων. τί σοι θέλεις ποιήσω; ὁ δὲ εἶπε, κύριε, ἵνα ἀναβλέψω. καὶ ὁ Ἰησοῦς εἶπεν αὐτῷ, ἀνάβλεψον, ἡ πίστις σου σέσωκέ σε, καὶ παραχρῆμα ἀνέβλεψε, καὶ ἠκολούθει αὐτῷ, δοξάζων τὸν θεόν. καὶ πᾶς ὁ λαὸς ἰδὼν, ἔδωκεν αἶνον τῷ θεῷ.

* Καὶ εἰσελθὼν διῆρχετο τὴν Ἰεριχώ. καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ὀνόματι καλούμενος Ζακχαῖος, καὶ αὐτὸς ἦν ἀρχιτελώνης, καὶ οὗτος ἦν πλούσιος, καὶ ἐζήτει ἰδεῖν τὸν Ἰησοῦν τίς ἐστι, καὶ οὐκ ἠδύνατο ἀπὸ τοῦ ὄχλου, ὅτι τῇ ἡλικίᾳ μικρὸς ἦν, καὶ προδραμὼν ἔμπροσθεν, ἀνέβη ἐπὶ συκομοραίαν, ἵνα ἴδῃ αὐτὸν, ὅτι διὰ ἐκείνης ἤμελλε διέρχεσθαι. καὶ ὡς ἦλθεν ἐπὶ τὸν τόπον, ἀναβλέψας ὁ Ἰησοῦς, εἶδεν αὐτὸν, καὶ εἶπε πρὸς αὐτόν. Ζακχαῖε, σπεύσας κατάβηθι, σήμερον γὰρ ἐν τῷ οἴκῳ σου δεῖ με μεῖναι. καὶ σπεύσας κατέβη, καὶ ὑπεδέξατο αὐτὸν χαίρων. καὶ ἰδόντες ἅπαντες διεγόγγυζον, λέγοντες, ὅτι παρὰ ἁμαρτωλῷ ἀνδρὶ εἰσῆλθε καταλῦσαι. σταθεὶς δὲ Ζακχαῖος εἶπε πρὸς τὸν κύριον, ἰδοὺ τὰ ἡμίσιά μου τῶν ὑπαρχόντων μου, κύριε, δίδωμι τοῖς πτωχοῖς, καὶ εἴτινος τι ἐσυκοφάντησα, ἀποδίδωμι τετραπλοῦν. εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ Ἰησοῦς, ὅτι σήμερον σωτηρία τῷ οἴκῳ τούτῳ ἐγένετο, καθότι καὶ

& postq̃ flagellauerint, occident eum, ac die tertia resurget. Et ipsi nihil horũ intellexerunt. Et erat uerbum istud absconditum ab eis, nec intelligebant quæ dicebantur. Accidit autẽ cum appropinquaret Hiericho, cæcus quidã sedebat iuxta uiam, mẽdicans. & cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat, quid hoc esset. Dixerunt autẽ ei, quod Iesus nazarenus transiret. Et clamauit, dicens: Iesu fili Dauid, miserere mei. Et qui præibant increpabant eũ ut taceret. Ipse uero multo magis clamabat, fili Dauid, miserere mei. Stans autẽ Iesus, iussit illum adduci ad se. Et cum appropinquasset, interrogauit illum, dicens: Quid tibi uis faciam? At ille dixit: Domine, ut uisum recipiam. Et Iesus dixit ei: Recipito uisum. Fides tua te saluũ reddidit. Et cõfestim uisum recepit, ac sequebat illum, glorificãs deũ. Et oẽis plebs ut uidit, dedit laudẽ deo.

Et ingressus perambulabat Hiericho. XIX
Et ecce uir nomine Zacchæus, atque is princeps erat publicanorũ, & idem erat diues. & quærebat uidere Iesum quis esset, nec poterat præ turba, quod statura pusillus esset. Et præcurrẽs ascendit in arborem caprificum, ut uideret eum, nam illac erat transiturus. Et cum uenisset ad locũ, suspiciens Iesus, uidit illum, dixitq̃ ad eum: Zacchæ, festinans descende, quia hodie domi tuæ oportet me manere. Et festinans descendit, & excepit illum gaudens. Cumq̃ uiderent omnes, murmurabant dicẽtes, quod ingressus esset, apud hominem peccatorẽ diuersaturus. Stans autem Zacchæus, dixit ad dñm: Ecce dimidiũ bonorũ meorũ, domine, do pauperibus: & si quid aliquẽ defraudaui, reddo quadruplũ. Ait Iesus ad eũ: Hodie salus domui huic cõtigit, eo qd & ipsa

p

σκε σκϛ ι αὐτὸς υἱὸς Ἀβραάμ ἐστιν. * ἦλθε γὰρ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ζητῆσαι καὶ σῶσαι τὸ ἀπολωλός. * ἀκουόντων δὲ αὐτῶν ταῦτα, προσθεὶς εἶπε παραβολήν, διὰ τὸ ἐγγὺς αὐτὸν εἶναι Ἰερουσαλήμ, καὶ δοκεῖν αὐτοὺς, ὅτι παραχρῆμα μέλλει ἡ βασιλεία τοῦ θεοῦ ἀναφαίνεσθαι.

σκη β σκθ ε ξε εἶπεν οὖν. * ἄνθρωπός τις εὐγενὴς ἐπορεύθη εἰς χώραν μακρὰν λαβεῖν ἑαυτῷ βασιλείαν, καὶ ὑποστρέψαι. * καλέσας δὲ δέκα δούλους ἑαυτοῦ, ἔδωκεν αὐτοῖς δέκα μνᾶς, καὶ εἶπε πρὸς αὐτούς, πραγματεύσασθε ἕως ἔρχομαι. οἱ δὲ πολῖται αὐτοῦ ἐμίσουν αὐτὸν, καὶ ἀπέστειλαν πρεσβείαν ὀπίσω αὐτοῦ, λέγοντες, οὐ θέλομεν τοῦτον βασιλεῦσαι ἐφ' ἡμᾶς. ⁋ ἐγένετο δὲ ἐν τῷ ἐπανελθεῖν αὐτὸν λαβόντα τὴν βασιλείαν, καὶ εἶπε φωνηθῆναι αὐτῷ τοὺς δούλους τούτους, οἷς ἔδωκε τὸ ἀργύριον, ἵνα γνῷ, τίς τί διεπραγματεύσατο. παρεγένετο δὲ ὁ πρῶτος, λέγων, κύριε, ἡ μνά σου προσηργάσατο δέκα μνᾶς. καὶ εἶπεν αὐτῷ, εὖ ἀγαθὲ δοῦλε, ὅτι ἐν ἐλαχίστῳ πιστὸς ἐγένου, ἴσθι ἐξουσίαν ἔχων ἐπάνω δέκα πόλεων. καὶ ἦλθεν ὁ δεύτερος, λέγων, κύριε, ἡ μνά σου ἐποίησε πέντε μνᾶς. εἶπε δὲ καὶ τούτῳ, καὶ σὺ γίνου ἐπάνω πέντε πόλεων. καὶ ἕτερος ἦλθε, λέγων, κύριε, ἰδοὺ ἡ μνά σου, ἣν εἶχον ἀποκειμένην ἐν σουδαρίῳ, ἐφοβούμην γάρ σε, ὅτι ἄνθρωπος αὐστηρός εἶ, αἴρεις ὃ οὐκ ἔθηκας, καὶ θερίζεις ὃ οὐκ ἔσπειρας. λέγει αὐτῷ, ἐκ τοῦ στόματός σου κρινῶ σε πονηρὲ δοῦλε. ἤδεις, ὅτι ἐγὼ ἄνθρωπος αὐστηρός εἰμι, αἴρων ὃ οὐκ ἔθηκα, καὶ θερίζων ὃ οὐκ ἔσπειρα, καὶ διὰ τί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τράπεζαν, καὶ ἐγὼ ἐλθὼν σὺν τόκῳ ἂν ἔπραξα αὐτό; καὶ τοῖς παρεστῶσιν εἶπεν, ἄρατε ἀπ' αὐτοῦ τὴν μνᾶν, καὶ δότε τῷ τὰς δέκα μνᾶς ἔχοντι. καὶ εἶπον αὐτῷ, κύριε, ἔχει δέκα μνᾶς. * λέγω δὲ ὑμῖν, ὅτι παντὶ τῷ ἔχοντι δοθήσεται, ἀπὸ δὲ τοῦ μὴ ἔχοντος, καὶ ὃ ἔχει, ἀρθήσεται ἀπ' αὐτοῦ. * πλὴν τοὺς ἐχθρούς μου ἐκείνους, τοὺς μὴ θελήσαντάς με βασιλεῦσαι ἐπ' αὐτοὺς, ἀγάγετε ὧδε, καὶ κατασφάξατε

ipsa filia sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere & seruare quod perierat. Hæc illis audientibus, adijciens dixit parabolam, eo quòd esset prope Hierosolymã, quodque existimarẽt fore, ut cõfestim regnum dei manifestaretur. Dixit ergo: Homo quidam darus profectus est in regionem longinquam, ut acciperet sibi regnum, ac reuerteret. Vocatis autẽ decem seruis suis, dedit eis decem minas, & ait ad illos: Negociemini donec ueniam. Ciues autẽ eius oderant eum, miserũtque legationẽ post illum, dicentes: Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est ut rediret accepto regno, iussitque uocari illos seruos ad se, quibus dederat pecuniã, ut sciret, quantũ quisque negociatus esset. Venit autẽ primus, dicẽs: Domine, mina tua decẽ minas acquisiuit. Et ait illi: Euge bone serue, quia in minimo fuisti fidelis, habeto potestatẽ super decem ciuitates. Et alter uenit, dicens: Domine, mina tua confecit quinque minas, & huic ait: Et tu præfectus esto quinque ciuitatib⁹. Et alius uenit, dicẽs: Domine, ecce mina tua, quã habui repositam in sudario, timui enim te, quod homo austerus sis, tollis quod nõ posuisti, & metis quod nõ seminasti. Dicit ei: De ore tuo te iudicabo serue male. sciebas, quòd ego homo austerus sim, tollens quod nõ posui, & metens quod nõ semi naui: Et quare nõ dedisti pecuniã meam ad mensam, & ego ueniens, cum usuris utique exegissem illam? & astantibus dixit: Auferte ab illo minam, & date illi qui decem minas habet. Et dixerunt ei: Domine, habet decẽ minas. Dico enim uobis, quod omni habenti dabitur, ab eo autẽ qui nõ habet, etiã quod habet, auferetur. Quin inimicos meos illos, qui noluerunt me regnare sup se, adducite huc, & interficite

σλβ κατασφάξατε ἔμπροσθέν μου. * καὶ εἰπὼν
β ταῦτα, ἐπορεύετο ἔμπροσθεν ἀναβαίνων εἰς
ἱεροσόλυμα. καὶ ἐγένετο ὡς ἤγγισεν εἰς
βηθφαγὴ καὶ βηθανίαν πρὸς τὸ ὄρος τὸ κα-
λούμενον ἐλαιῶν, ἀπέστειλε δύο τῶν μαθη-
τῶν αὐτοῦ, εἰπών, ὑπάγετε εἰς τὴν κατέ-
ναντι κώμην. ἐν ᾗ εἰσπορευόμενοι, εὑρήσε- ξη
τε πῶλον δεδεμένον, ἐφ' ὃν οὐδεὶς πώποτε
ἀνθρώπων ἐκάθισε, λύσαντες αὐτὸν ἀγάγε
τε. καὶ ἐάν τις ὑμᾶς ἐρωτᾷ, διὰ τί λύετε,
οὕτως ἐρεῖτε αὐτῷ, ὅτι ὁ κύριος αὐτοῦ χρεί
σλγ αν ἔχει. * ἀπελθόντες δὲ οἱ ἀπεσταλμένοι,
β εὗρον καθὼς εἶπεν αὐτοῖς. λυόντων δὲ αὐ-
τῶν τὸν πῶλον, εἶπον οἱ κύριοι αὐτοῦ
& positi sunt in sepulchro, quẽ emit Abraham precio argenti à filijs Emor filij Sychem. Cum autẽ appropinquaret tẽpus promissionis, de qua iurauerat deus Abrahæ, creuit populus & multiplicatus est in Aegypto, donec exortus est alius rex, qui non nouerat Ioseph. Hic circumueniens genus nostrum, afflixit patres nostros, ut exponerẽt infantes suos, ne fœtus essent uitales. Eodẽ tẽpore natus est Moses, & fuit gratus deo, qui nutritus est tribus mensibus in domo patris. Expositum autẽ illum sustulit filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi uice filij. Et eruditus est Moses omni sapiẽtia Aegyptiorũ, & erat potens in factis & in dictis. Vt uero expletum est ei quadraginta annorum tempus, subijt in cor eius, ut inuiseret fratres suos filios Israel. Et cũ uidisset quendam iniuria affici, defendit eum, & ultus est uicem eius qui affligebatur, percusso Aegyptio. Existimabat autem intelligere fratres suos, quod deus per manum ipsius daret salutem illis. At illi non intellexerunt. Et sequenti die uisus est illis litigantibus, & redegit eos in cõcordiam, dicens: Viri, fratres estis, cur uos inuicem leditis? Cæterum is qui iniuriam faciebat proximo, repulit eum, dicẽs: Quis te constituit principem ac iudicem super nos? Nunquid interficere me tu uis, quẽadmodum interfecisti heri Aegyptium? Fugit autẽ Moses ad dictum hoc, & factus est aduena in terra Madian, ubi generauit filios duos. Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sina angelus dñi in flammeo incendio rubi. Moses autẽ ut cõspexit, admiratus est uisum. Porrò cũ accederet ut attenderet, facta est ad eum uox dñi: Ego sum deus patrũ tuorũ, deus Abraham, deus

Isaac,

Ἰσαὰκ, & ὁ θεὸς Ἰακώβ. ἔντρομος δὲ γενόμενος Μωϋσῆς, οὐκ ἐτόλμα κατανοῆσαι. εἶπε δὲ αὐτῷ ὁ κύριος. λῦσον τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου. ὁ γὰρ τόπος ἐν ᾧ ἕστηκας, γῆ ἁγία ἐστίν. ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τὸν στεναγμὸν αὐτῶν ἤκουσα, καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτούς. καὶ νῦν δεῦρο, καὶ ἀποστελῶ σε εἰς Αἴγυπτον. τοῦτον τὸν Μωϋσῆν, ὃν ἠρνήσαντο εἰπόντες, τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα καὶ δίκαστήν; τοῦτον ὁ θεὸς ἄρχοντα καὶ λυτρωτὴν ἀπέσταλκεν σὺν χειρὶ ἀγγέλου τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ ἐν τῇ βάτῳ. οὗτος ἐξήγαγεν αὐτοὺς, ποιήσας τέρατα καὶ σημεῖα ἐν τῇ Αἰγύπτῳ, καὶ ἐν ἐρυθρᾷ θαλάσσῃ, & ἐν τῇ ἐρήμῳ ἔτη τεσσαράκοντα. οὗτός ἐστιν ὁ Μωϋσῆς, ὁ εἰπὼν τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ. προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει κύριος ὁ θεὸς ὑμῶν ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν, ὡς ἐμέ, αὐτοῦ ἀκούσεσθε. οὗτός ἐστιν ὁ γενόμενος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἐν τῇ ἐρήμῳ, μετὰ τοῦ ἀγγέλου τοῦ λαλοῦντος αὐτῷ ἐν τῷ ὄρει σινᾶ, καὶ τῶν πατέρων ἡμῶν, ὃς ἐδέξατο λόγια ζῶντα δοῦναι ἡμῖν. ᾧ οὐκ ἠθέλησαν ὑπήκοοι γενέσθαι οἱ πατέρες ἡμῶν, ἀλλ' ἀπώσαντο & ἐστράφησαν τῇ καρδίᾳ αὐτῶν εἰς Αἴγυπτον, εἰπόντες τῷ Ἀαρών. ποίησον ἡμῖν θεούς, οἱ προπορεύσονται ἡμῶν. ὁ γὰρ Μωϋσῆς οὗτος, ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, οὐκ οἴδαμεν τί γέγονεν αὐτῷ. καὶ ἐμοσχοποίησαν ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, καὶ ἀνήγαγον θυσίαν τῷ εἰδώλῳ, καὶ εὐφραίνοντο ἐν τοῖς ἔργοις τῶν χειρῶν αὐτῶν. ἔστρεψε δὲ ὁ θεὸς, καὶ παρέδωκεν αὐτοὺς λατρεύειν τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, καθὼς γέγραπται ἐν βίβλῳ τῶν προφητῶν. μὴ σφάγια καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἔτη τεσσαράκοντα ἐν τῇ ἐρήμῳ οἶκος Ἰσραήλ; καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολόχ, καὶ τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεμφάν, τοὺς τύπους οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς. καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος. ἡ σκηνὴ τοῦ μαρτυρίου ἦν τοῖς πατράσιν

Isaac, & deus Iacob. Tremefactus autē Moses, non audebat attendere. Dixit autē illi dominus: Solue calciamentū pedum tuorum. Locus enim in quo stas, terra sancta est. Vidi, uidi inquam, afflictionem populi mei qui est in Aegypto, & gemitum eorum audiui, & descendi ut eruam eos. Nunc uenito, & mittam te in Aegyptum. Hunc Mosen quē negauerunt, dicentes, quis te constituit principem & iudicem? hunc inquā deus principem & redemptorem misérat per manum angeli, qui apparuerat illi in rubo. Hic eduxit illos, ædens prodigia & signa in Aegypto, & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta. Hic est Moses qui dixit filijs Israël: Prophetam suscitabit uobis deus uester è fratribus uestris, similem mei, illum audietis. Hic est qui fuit in congregatione in solitudine cum angelo qui loquebatur ei in monte Sina, & cum patribus nostris, qui accepit sermonem uiuum ut daret nobis. Cui noluerunt obedire patres nostri, sed repulerunt & auersi sunt corde suo in Aegyptum, dicētes ad Aaron: Fac nobis deos qui præcedant nos. Mosi enim huic, qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid acciderit. Et uitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulacro, & lætabantur super operibus manuum suarum. Conuertit se autem deus, & tradidit eos, ut colerent militiam cœli, sicut scriptum est in libro prophetarum: Num uictimas & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deserto, domus Israël? Et suscepistis tabernaculum Moloch, & sydus dei uestri Rempham, figuras quas fecistis ad adorandum eas. Et transferam uos ultra Babylonem. Tabernaculum testimonij fuit

patribus

πατράσιν ἡμῶν ἐν τῇ ἐρήμῳ, καθὼς διέτα-
ξατο, ὁ λαλῶν τῷ μωσῇ ποιῆσαι αὐτὸν κα-
τὰ τὸν τύπον, ὃν ἑωράκει. ὃν καὶ εἰσήγαγον
διαδεξάμενοι οἱ πατέρες ἡμῶν μετὰ ἰησοῦ
ἐν τῇ κατασχέσει τῶν ἐθνῶν, ὧν ἔωσεν ὁ θε-
ὸς ἀπὸ προσώπου τῶν πατέρων ἡμῶν ἕως
τῶν ἡμερῶν δαβίδ, ὃς εὗρε χάριν ἐνώπιον
τοῦ θεοῦ, & ἠτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ θεῷ
ἰακώβ. Σολομὼν δὲ ᾠκοδόμησεν αὐτῷ οἶκον.
ἀλλ' οὐχ ὁ ὕψιστος ἐν χειροποιήτοις ναοῖς κα-
τοικεῖ, καθὼς ὁ προφήτης λέγει. ὁ οὐρανός
μοι θρόνος, ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν
μου. ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει
κύριος, ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου;
οὐχὶ ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα; σκλη-
ροτράχηλοι καὶ ἀπερίτμητοι τῇ καρδίᾳ καὶ
τοῖς ὠσὶν, ὑμεῖς ἀεὶ τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ
ἀντιπίπτετε, ὡς οἱ πατέρες ὑμῶν, & ὑμεῖς.
τίνα τῶν προφητῶν οὐκ ἐδίωξαν οἱ πατέρες
ὑμῶν; & ἀπέκτειναν τοὺς προκαταγγείλαν-
τας περὶ τῆς ἐλεύσεως τοῦ δικαίου, οὗ νῦν ὑμεῖς
προδόται καὶ φονεῖς γεγόνατε, οἵτινες ἐλά-
βετε τὸν νόμον εἰς διαταγὰς ἀγγέλων, καὶ
οὐκ ἐφυλάξατε. ἀκούοντες δὲ ταῦτα διεπρί-
οντο ταῖς καρδίαις αὐτῶν, καὶ ἔβρυχον
τοὺς ὀδόντας αὐτῶν ἐπ' αὐτόν. ὑπάρχων δὲ
πλήρης πνεύματος ἁγίου, ἀτενίσας εἰς τὸν
οὐρανὸν, εἶδε δόξαν θεοῦ, καὶ ἰησοῦν ἑστῶτα
ἐκ δεξιῶν τοῦ θεοῦ. καὶ εἶπεν. ἰδοὺ θεωρῶ
τοὺς οὐρανοὺς ἀνεῳγμένους, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ
ἀνθρώπου ἐκ δεξιῶν ἑστῶτα τοῦ θεοῦ. κράξαν-
τες δὲ φωνῇ μεγάλῃ, συνέσχον τὰ ὦτα αὐτῶν,
& ὥρμησαν ὁμοθυμαδὸν ἐπ' αὐτόν. & ἐκβα-
λόντες ἔξω τῆς πόλεως ἐλιθοβόλουν, καὶ οἱ
μάρτυρες ἀπέθεντο τὰ ἱμάτια πρὸς τοὺς πό-
δας νεανίου καλουμένου σαύλου, καὶ ἐλιθο-
βόλουν τὸν στέφανον ἐπικαλούμενον, καὶ λέ
γοντα. κύριε ἰησοῦ, δέξαι τὸ πνεῦμά μου.
θεὶς δὲ τὰ γόνατα, ἔκραξε φωνῇ μεγάλῃ.
κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύ-
την. καὶ τοῦτο εἰπὼν, ἐκοιμήθη.

patribus noſtris in deſerto, ſicut ordina-
uerat illis, loquens ad Moſen ut faceret
illud ſecundū formā, quā uiderat. Quod
& induxerūt, qui ſucceſſerunt, patres no
ſtri cum Ieſu in poſſeſſionē gentiū, quas
expulit deus à facie patrū noſtrorū uſq;
ad dies Dauid, qui inuenit gratiā coram
deo, & petijt ut inueniret tabernaculum
deo Iacob. Solomon autē ædificauit illi
domū. Sed nō is eſt excelſiſſimus, qui in
manufactis templis habitet, ſicut ꝓphe-
ta dicit: Cœlum mihi ſedes eſt, terra autē
ſcabellum pedum meorū. Quam domū
ædificabitis mihi dicit dñs, aut quis lo-
cus requietionis meæ eſt? Nōne manus
mea fecit hæc omnia? Duri ceruice & in-
circumciſi corde & auribus, uos ſemper
ſpiritui ſancto reſiſtitis, ſicut patres ue-
ſtri, ita & uos. Quē prophetarū nō ſunt
perſecuti patres ueſtri? Et occiderūt eos,
qui prænunciabant de aduentu iuſti,
cuius uos nunc proditores & occiſores
fuiſtis: qui accepiſtis legem per diſpoſi-
tiones angelorum, nec ſeruaſtis. Audien
tes autem hæc diſſecabant cordib⁹ ſuis,
& ſtridebant dentibus ſuis in eum. Cum
autem eſſet plenus ſpiritu ſancto, inten-
tis in cœlum oculis, uidit gloriam dei, &
Ieſum ſtantem à dextris dei. Et ait: Ecce
uideo cœlos apertos, & filium hominis
ſtantem à dextris dei. Exclamantes autē
uoce magna, cōtinuerūt aures ſuas, & im
petum fecerūt unanimiter in eum. Et eie
ctum eum è ciuitate lapidabant, ac teſtes
depoſuerunt ueſtimenta ad pedes ado-
leſcentis, qui uocabat Saulus. Et lapida-
bant Stephanum inuocantē, ac dicentē:
Domine Ieſu, ſuſcipe ſpiritū meum. Po-
ſitis autem genibus, clamauit uoce ma-
gna: Domine, ne ſtatuas illis peccatum
hoc. Et cum hoc dixiſſet, obdormiuit.

Σαῦλος

Saulus

Σαῦλος δὲ ἦν συνευδοκῶν τῇ ἀναιρέσει
αὐτοῦ. Ἐγένετο δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διω-
γμὸς μέγας ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν τὴν ἐν Ἱερο
σολύμοις, πάντες τε διεσπάρησαν κατὰ τὰς
χώρας τῆς Ἰουδαίας καὶ Σαμαρείας πλὴν
τῶν ἀποστόλων. Συνεκόμισαν δὲ τὸν στέφα-
νον ἄνδρες εὐλαβεῖς, καὶ ἐποιήσαντο κοπε-
τὸν μέγαν ἐπ' αὐτῷ. Σαῦλος δὲ ἐλυμαί-
νετο τὴν ἐκκλησίαν, κατὰ τοὺς οἴκους εἰσπο-
ρευόμενος, σύρων τε ἄνδρας καὶ γυναῖ-
κας παρεδίδου εἰς φυλακήν. Οἱ μὲν οὖν διὰ
σπαρέντες διῆλθον, εὐαγγελιζόμενοι τὸν
λόγον. Φίλιππος δὲ κατελθὼν εἰς πόλι-
ν τῆς Σαμαρείας, ἐκήρυσσεν αὐτοῖς τὸν
Χριστόν. Προσεῖχόν τε οἱ ὄχλοι τοῖς λεγο-
μένοις ὑπὸ τοῦ Φιλίππου, ὁμοθυμαδὸν ἐν
τῷ ἀκούειν αὐτοὺς, καὶ βλέπειν τὰση-
μεῖα ἃ ἐποίει. Πολλῶν γὰρ τῶν ἐχόντων
πνεύματα ἀκάθαρτα, βοῶντα μεγάλῃ
φωνῇ, ἐξήρχετο. Πολλοὶ δὲ παραλελυμέ-
νοι καὶ χωλοὶ ἐθεραπεύθησαν. Καὶ ἐγέ-
νετο χαρὰ μεγάλη ἐν τῇ πόλει ἐκείνῃ. Ἀ-
νὴρ δέ τις ὀνόματι Σίμων, προϋπῆρχεν ἐν
τῇ πόλει μαγεύων, καὶ ἐξιστῶν τὸ ἔθνος
τῆς Σαμαρείας, λέγων, εἶναί τινα ἑαυτὸν
μέγαν, ᾧ προσεῖχον ἀπὸ μικροῦ ἕως με-
γάλου, λέγοντες, οὗτός ἐστιν ἡ δύναμις τοῦ
θεοῦ ἡ μεγάλη. Προσεῖχον δὲ αὐτῷ, διὰ
τὸ ἱκανῷ χρόνῳ ταῖς μαγείαις ἐξεστακέναι
αὐτούς. Ὅτε δὲ ἐπίστευσαν τῷ Φιλίππῳ,
εὐαγγελιζομένῳ τὰ περὶ τῆς βασιλείας
τοῦ θεοῦ, καὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Ἰησοῦ Χρι-
στοῦ, ἐβαπτίζοντο ἄνδρες τε καὶ γυναῖκες. Ὁ
δὲ Σίμων καὶ αὐτὸς ἐπίστευσε, καὶ βαπτισθεὶς
ἦν προσκαρτερῶν τῷ Φιλίππῳ. Θεωρῶν τε
δυνάμεις καὶ σημεῖα γινόμενα ἐξίστατο. Ἀ-
κούσαντες δὲ οἱ ἐν Ἱεροσολύμοις ἀπόστολοι,
ὅτι δέδεκται Σαμάρεια τὸν λόγον τοῦ θεοῦ,
ἀπέστειλαν πρὸς αὐτοὺς τὸν Πέτρον καὶ Ἰω-
άννην, οἵτινες καταβάντες, προσηύξαντο
περὶ αὐτῶν, ὅπως λάβωσι πνεῦμα ἅγιον.
Οὔπω

Saulus autem consenserat in necem VIII
eius. Facta est autē in illo die persecutio
magna aduersus ecclesiam, quæ erat Hie
rosolymis, & omnes dispersi sunt per re-
giones Iudææ & Samariæ præter apo-
stolos. Curauerunt autem unà Stepha-
num uiri religiosi, feceruntq; planctum
magnum super eum. Saulus uero deua-
stabat ecclesiam, per singulas domos in-
trans, trahensq; uiros ac mulieres trade-
bat in custodiam. Illi igitē dispersi pera-
grabant, annunciantes sermonem dei.
Philippus autem peruenit in ciuitatem
Samariæ, ac prædicabat illis Christum.
Intendebant autē turbæ his, quæ à Phi-
lippo dicebantur, unanimiter audientes,
& uidentes signa quæ ædebat. Spiritus
enim immundi, è multis qui ab illis tene-
bantur: exibant, damantes uoce magna.
Multi autem paralytici & claudi sanati
sunt. Et factum est gaudium magnum
in illa ciuitate. Vir autē quidam nomine
Simon, qui ante in ea ciuitate artē exer-
cuerat magicam, ac gentem dementa-
uerat Samariæ, dicens se esse quempiam
magnum, cui auscultabant illi à minimo
usq; ad maximū, dicentes: Hic est uirtus
dei, quæ uocatur magna. Auscultabant
autē ei, propterea quod multo tempore
magicis artibus dementasset eos. Cum
uero credidissent Philippo, euāgelizanti
de regno dei, deq; nomine Iesu Christi,
baptizabantur uiri simul ac mulieres. Tūc
Simon & ipse credidit, & cum baptiza-
tus esset adhærebat Philippo. Videnśq;
signa & uirtutes fieri stupēs ammiraba-
tur. Cum autem audissent apostoli qui
erant Hierosolymis, q̄d recepisset Sama
ria uerbum dei, miserunt ad eos Petrum
ac Ioannē. Qui cū descēdissent, orauerūt
pro ipsis: ut acciperēt spiritum sanctum.
Nondum

οὔπω γὰρ ἦν ἐπ' οὐδενὶ αὐτῶν ἐπιπεπτωκός, μόνον δὲ βεβαπτισμένοι ὑπῆρχον εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Χριστοῦ Ιησοῦ. τότε ἐπετίθουν τὰς χεῖρας ἐπ' αὐτοὺς, καὶ ἐλάμβανον πνεῦμα ἅγιον. Ιδὼν δὲ ὁ Σίμων, ὅτι διὰ τῆς ἐπιθέσεως τῶν χειρῶν τῶν ἀποστόλων δίδοται τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, προσήνεγκεν αὐτοῖς χρήματα, λέγων. Δότε κἀμοὶ τὴν ἐξουσίαν ταύτην, ἵνα ᾧ ἐὰν ἐπιθῶ τὰς χεῖρας, λαμβάνῃ πνεῦμα ἅγιον. εἶπεν δὲ Πέτρος πρὸς αὐτόν. τὸ ἀργύριόν σου σὺν σοὶ εἴη εἰς ἀπώλειαν, ὅτι τὴν δωρεὰν τοῦ θεοῦ ἐνόμισας διὰ χρημάτων κτᾶσθαι. οὐκ ἔστι σοι μερὶς οὐδὲ κλῆρος ἐν τῷ λόγῳ τούτῳ. ἡ γὰρ καρδία σου οὐκ ἔστιν εὐθεῖα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. μετανόησον οὖν ἀπὸ τῆς κακίας σου ταύτης, καὶ δεήθητι τοῦ θεοῦ, εἰ ἄρα ἀφεθήσεταί σοι ἡ ἐπίνοια τῆς καρδίας σου. εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ Σίμων, εἶπε. Δεήθητε ὑμεῖς ὑπὲρ ἐμοῦ πρὸς τὸν κύριον, ὅπως μηδὲν ἐπέλθῃ ἐπ' ἐμὲ ὧν εἰρήκατε. οἱ μὲν οὖν διαμαρτυράμενοι καὶ λαλήσαντες τὸν λόγον τοῦ κυρίου, ὑπέστρεφαν εἰς Ἱερουσαλήμ, πολλάς τε κώμας τῶν Σαμαρειτῶν εὐηγγελίσαντο. Ἄγγελος δὲ κυρίου ἐλάλησε πρὸς Φίλιππον, λέγων. Ἀνάστηθι, καὶ πορεύου κατὰ μεσημβρίαν ἐπὶ τὴν ὁδὸν, τὴν καταβαίνουσαν ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ εἰς Γάζαν. αὕτη ἔστιν ἔρημος. καὶ ἀναστὰς ἐπορεύθη. καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ Αἰθίοψ, εὐνοῦχος, δυνάστης Κανδάκης τῆς βασιλίσσης Αἰθιόπων, ὃς ἦν ἐπὶ πάσης τῆς γάζης αὐτῆς, ὃς ἐληλύθει προσκυνήσων εἰς Ἱερουσαλήμ, ἦν τε ὑποστρέφων καὶ καθήμενος ἐπὶ τοῦ ἅρματος αὐτοῦ, καὶ ἀνεγίνωσκε τὸν προφήτην Ησαΐαν. Εἶπε δὲ τὸ πνεῦμα τῷ Φιλίππῳ. πρόσελθε, καὶ κολλήθητι τῷ ἅρματι τούτῳ. προσδραμὼν δὲ ὁ Φίλιππος, ἤκουσεν αὐτοῦ ἀναγινώσκοντος τὸν προφήτην Ησαΐαν, καὶ ἔιπεν. ἆρά γε γινώσκεις ἃ ἀναγινώσκεις; ὁ δὲ εἶπε. πῶς γὰρ ἂν δυναίμην, ἐάν μή τις ὁδηγήσῃ με

Nondum enim in quenquam illorum illapsus fuerat, sed baptizati tantū erant sub nomine Christi Iesu. Tunc imponebant manus super illos, accipiebantque spiritum sanctum. Cum uidisset autem Simon, quod per impositionē manuū apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecunias dicens: Date & mihi potestatem istam, ut cuicunque imposuero manus, accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum: Pecunia tua tecum sit in perditionem, quoniam donum dei existimasti pecunijs parari. Nō est tibi pars neque sors in ratione hac. cor enim tuum non est rectum coram deo. Resipisce igitur ab ista malicia tua, & roga deum, si forte remittatur tibi cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & colligatione iniquitatis uideo te esse. Respondens autem Simon, dixit: Precemini uos pro me apud dominum, ne quid eueniat in me horum quæ dixistis. Et illi quidem testificati & locuti sermonem dei, reuersi sunt Hierosolymam, & multis oppidulis Samaritanorum euangelizabant. Angelus autem domini locutus est ad Philippum, dicens: Surge, & uade meridiem uersus ad uiam quæ descendit ab urbe Hierosolymorum Gazam. hæc est deserta. Et surgens abijt, & ecce uir Aethiops, eunuch⁹, præfectus Candaces reginæ Aethiopū, quē præfecerat uniuersæ gazæ suæ, uenerat adoraturus Hierosolymam, & reuertebatur sedens super currum suum, legebatq; Esaiam prophetā. Dixit autē spiritus Philippo: Accede, & adiunge te ad currum istum. Accurrēs autē Philippus, audiuit eum legentē Esaiam ꝓphetā, & dixit: Intelligisne quæ legis? At ille ait: Nam qui possim, nisi aliquis dux uiæ mihi

ὁδηγήσῃ με; παρεκάλεσέ τε τὸν φίλιππον ἀναβάντα καθίσαι σὺν αὐτῷ. ἡ δὲ περιοχὴ τῆς γραφῆς ἣν ἀνεγίνωσκεν, ἦν αὕτη. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείροντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς ἡ ζωὴ αὐτοῦ. Ἀποκριθεὶς δὲ ὁ εὐνοῦχος τῷ φιλίππῳ, εἶπε. δέομαί σου, περὶ τίνος ὁ προφήτης λέγει τοῦτο, περὶ ἑαυτοῦ, ἢ περὶ ἑτέρου τινός; Ἀνοίξας δὲ ὁ φίλιππος τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς γραφῆς ταύτης, εὐηγγελίσατο αὐτῷ τὸν ἰησοῦν. ὡς δὲ ἐπορεύοντο κατὰ τὴν ὁδὸν, ἦλθον ἐπί τι ὕδωρ, καὶ φησὶν ὁ εὐνοῦχος. ἰδοὺ ὕδωρ, τί κωλύει με βαπτισθῆναι; εἶπε δὲ ὁ φίλιππος. εἰ πιστεύεις ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, ἔξεστιν. ἀποκριθεὶς δὲ εἶπε. πιστεύω τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ εἶναι τὸν ἰησοῦν χριστόν. καὶ ἐκέλευσε στῆναι τὸ ἅρμα. καὶ κατέβησαν ἀμφότεροι εἰς τὸ ὕδωρ, ὅ, τε φίλιππος καὶ ὁ εὐνοῦχος, καὶ ἐβάπτισεν αὐτόν. ὅτε δὲ ἀνέβησαν ἐκ τοῦ ὕδατος, πνεῦμα κυρίου ἥρπασε τὸν φίλιππον, καὶ οὐκ εἶδεν αὐτὸν οὐκέτι ὁ εὐνοῦχος. ἐπορεύετο γὰρ τὴν ὁδὸν αὐτοῦ χαίρων. φίλιππος δὲ εὑρέθη εἰς ἄζωτον, καὶ διερχόμενος, εὐηγγελίζετο τὰς πόλεις πάσας, ἕως τοῦ ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς καισάρειαν. Ὁ δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς καὶ φόνου εἰς τοὺς μαθητὰς τοῦ κυρίου, προσελθὼν τῷ ἀρχιερεῖ, ᾐτήσατο παρ' αὐτοῦ ἐπιστολὰς εἰς δαμασκὸν πρὸς τὰς συναγωγὰς, ὅπως ἐάν τινας εὕρῃ τῆς ὁδοῦ ὄντας ἄνδρας τε καὶ γυναῖκας, δεδεμένους ἀγάγῃ εἰς ἱερουσαλήμ. ἐν δὲ τῷ πορεύεσθαι, ἐγένετο αὐτὸν ἐγγίζειν τῇ δαμασκῷ, καὶ ἐξαίφνης περιήστραψεν αὐτὸν φῶς ἀπὸ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ πεσὼν ἐπὶ τὴν γῆν, ἤκουσε φωνὴν, λέγουσαν αὐτῷ, σαοὺλ σαοὺλ, τί με διώκεις; εἶπε δὲ. τίς εἶ κύριε; ὁ δὲ κύριος εἶπεν. ἐγώ εἰμι ἰησοῦς, ὃν σὺ διώκεις. Σκληρόν σοι πρὸς κέντρα λακτίζειν

mihi fuerit? Rogauitq; Philippum, ut ascenderet, sederetq; secum. Argumentū autem scripturæ quam legebat, erat hoc: Tanq; ouis ad occisionem ductus est, & sicut agnus coram tondente se mutus, sic nō aperuit os suum. In humilitate ipsius iudicium eius sublatū est. Generationē autē eius quis enarrabit? Quoniam tollitur de terra uita eius. Respondens autē eunuchus Philippo, dixit: Obsecro te, de quo propheta dicit hoc, de se, an de alio quopiam? Aperiens autē Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, prædicauit illi Iesum. Et dum irent per uiam, uenerūt ad quandam aquā. Et ait eunuchus: Ecce aqua. quid uetat quo minus baptizer? Dixit autē Philipp⁹: Si credis ex toto corde, licet. Et respōdens ait: Credo filiū dei esse Iesum Christū: Et iussit sisti currū. Ac descēderūt ambo in aquā Philippus simul & eunuchus, & baptizauit eum. Cum autē ascēdissent ex aqua, spiritus dñi rapuit Philippū, nec ampli⁹ uidit eum eunuchus. Ibat em̄ per uiam suā gaudens. Philippus autē repertus est Azoti, & pertransiens euāgelizabat ciuitatib⁹ cunctis, donec ueniret Cæsaream.

Saulus autem adhuc spirans minas ac cædem aduersus discipulos dñi, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas, quas perferret Damascū ad synagogas: ut si quos inuenisset eius uiæ seu uiros seu mulieres, uinctos duceret Hierosolymā. Et cum iter faceret, cōtigit ut appropinquaret Damasco. Et subito circumfulgurauit eum lux de cœlo, collapsusq; in terram, audiuit uocem, dicentē sibi: Saul Saul, quid me persequeris? Dixit autem: Quis es domine? Dominus autē dixit: Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulos

IX

calcitrare.

λακτίζειν. τρέμων τε καὶ θαμβῶν εἶπε· κύριε, τί με θέλεις ποιῆσαι; καὶ ὁ κύριος πρὸς αὐτόν. ἀνάστηθι, καὶ εἰσελθε εἰς τὴν πόλιν, καὶ λαληθήσεταί σοι, τί σε δεῖ ποιεῖν. οἱ δὲ ἄνδρες οἱ συνοδεύοντες αὐτῷ εἰστήκεισαν ἐννεοί, ἀκούοντες μὲν τῆς φωνῆς, μηδένα δὲ θεωροῦντες. ἠγέρθη δὲ ὁ σαῦλος ἀπὸ τῆς γῆς, ἀνεῳγμένων τε τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ, οὐδένα ἔβλεπε. χειραγωγοῦντες δὲ αὐτόν, εἰσήγαγον εἰς δαμασκόν. καὶ ἦν ἡμέρας τρεῖς μὴ βλέπων, καὶ οὐκ ἔφαγεν, οὐδὲ ἔπιεν. ἦν δέ τις μαθητὴς ἐν δαμασκῷ, ὀνόματι ἀνανίας, καὶ εἶπε πρὸς αὐτὸν ὁ κύριος ἐν ὁράματι, ἀνανία. ὁ δὲ εἶπεν, ἰδοὺ ἐγὼ κύριε. ὁ δὲ κύριος πρὸς αὐτόν. ἀναστὰς πορεύθητι ἐπὶ τὴν ῥύμην τὴν καλουμένην εὐθείαν, καὶ ζήτησον ἐν οἰκίᾳ ἰούδα, σαῦλον ὀνόματι ταρσέα. ἰδοὺ γὰρ προσεύχεται. καὶ εἶδεν ἐν ὁράματι ἄνδρα ὀνόματι ἀνανίαν εἰσελθόντα, καὶ ἐπιτιθέντα αὐτῷ χεῖρα, ὅπως ἀναβλέψῃ. ἀπεκρίθη δὲ ἀνανίας. κύριε, ἀκήκοα ἀπὸ πολλῶν περὶ τοῦ ἀνδρὸς τούτου, ὅσα κακὰ ἐποίησε τοῖς ἁγίοις σου ἐν ἱερουσαλήμ. καὶ ὧδε ἔχει ἐξουσίαν παρὰ τῶν ἀρχιερέων, δῆσαι πάντας τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομά σου. εἶπε δὲ πρὸς αὐτὸν ὁ κύριος. πορεύου, ὅτι σκεῦος ἐκλογῆς μοί ἐστιν οὗτος, τοῦ βαστάσαι τὸ ὄνομά μου ἐνώπιον ἐθνῶν καὶ βασιλέων, υἱῶν τε ἰσραήλ. ἐγὼ δὲ ὑποδείξω αὐτῷ, ὅσα δεῖ αὐτὸν ὑπὲρ τοῦ ὀνόματός μου παθεῖν. ἀπῆλθε δὲ ἀνανίας καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν, καὶ ἐπιθεὶς ἐπ' αὐτὸν τὰς χεῖρας, εἶπε. σαοὺλ ἀδελφέ, ὁ κύριος ἀπέσταλκέ με, ὁ ὀφθείς σοι ἐν τῇ ὁδῷ ᾗ ἤρχου, ὅπως ἀναβλέψῃς, καὶ πλησθῇς πνεύματος ἁγίου. καὶ εὐθέως ἀπέπεσον ἀπὸ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ ὡσεὶ λεπίδες, ἀνέβλεψέ τε. καὶ ἀναστὰς ἐβαπτίσθη. καὶ λαβὼν τροφὴν ἐνίσχυσεν. ἐγένετο δὲ ὁ σαῦλος μετὰ τῶν ἐν δαμασκῷ μαθητῶν ἡμέρας τινάς. καὶ εὐθέως ἐν ταῖς συναγωγαῖς

calcitrare. Is tremēs ac ſtupens dixit: Domine, quid me uis facere? Et dominus ad eum: Surge, & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi, quid te oporteat facere. Viri autem illi qui erant ei comites itineris, ſtabant attoniti, audientes quidem uocem, neminem tamen uidentes. Surrexit autem Saulus è terra, apertisq; oculis, neminē uidebat. Sed manu ducentes illum, introduxerūt Damaſcum. Et erat tribus diebus non uidens, ac non comedit neq; bibit. Erat autem quidam diſcipulus Damaſci, nomine Ananias, Et dixit ad illum per uiſum dñs: Anania. Et ille ait: Ecce ego domine. Et dominus ad eum: Surge, & uade in uicum qui uocatur rectus, & quære in domo Iudæ, Saulum nomine Tarſenſem. Ecce enim orat. Et uidit per uiſum uirum Ananiam nomine introëuntem, & imponentē ſibi manum, ut uiſum reciperet. Reſpondit autē Ananias: Dñe, audiui ex multis de uiro hoc, quanta mala fecerit ſanctis tuis Hieroſolymæ. Et hoc loco habet poteſtatem à principibꝰ ſacerdotū, uinciendi omēs qui inuocant nomē tuū. Dixit aūt ad eum dñs: Vade, qm̄ organū electum eſt mihi iſte, ut portet nomē meum corā gentibꝰ & regibus ac filijs Iſraël. Ego em̄ oſtendam illi, quanta oporteat eum pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, & introiuit in domum, & imponens ei manus, dixit: Saul frater, dominus miſit me, qui apparuit tibi in uia qua ueniebas, ut uiſum recipias & implearis ſpiritu ſancto. Et cōfeſtim deciderūt ab oculis eius tanquam ſquamæ, & uiſum recepit. & ſurgens baptizatus eſt. Cumq; cepiſſet cibum, corroboratus eſt. Fuit autem Saulus cū diſcipulis, qui erant Damaſci, per dies aliquot. Et continuo in Synagogis

γωγαῖς ἐκήρυσσε τὸν Χριστὸν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ. ἐξίσαντο δὲ πάντες οἱ ἀκούοντες, καὶ ἔλεγον. οὐχ οὗτός ἐστιν ὁ πορθήσας ἐν ἱερουσαλὴμ τοὺς ἐπικαλουμένους τὸ ὄνομα τοῦτο; καὶ ὧδε εἰς τοῦτο ἐλήλυθει, ἵνα δεδεμένους αὐτοὺς ἀγάγῃ ἐπὶ τοὺς ἀρχιερεῖς; Σαῦλος δὲ μᾶλλον ἐνεδυναμοῦτο, καὶ συνέχυνε τοὺς ἰουδαίους, τοὺς κατοικοῦντας ἐν δαμασκῷ, συμβιβάζων ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ χριστός. ὡς δὲ ἐπληροῦντο ἡμέραι ἱκαναί, συνεβουλεύσαντο οἱ ἰουδαῖοι ἀνελεῖν αὐτόν. ἐγνώσθη δὲ τῷ σαύλῳ ἡ ἐπιβουλὴ αὐτῶν. παρετήρουν τε τὰς πύλας ἡμέρας τε καὶ νυκτὸς, ὅπως αὐτὸν ἀνέλωσι. λαβόντες δὲ αὐτὸν οἱ μαθηταὶ νυκτὸς, καθῆκαν διὰ τοῦ τείχους, χαλάσαντες ἐν σπυρίδι. παραγενόμενος δὲ ὁ σαῦλος ἐν ἱερουσαλὴμ, ἐπειρᾶτο κολλᾶσθαι τοῖς μαθηταῖς. καὶ πάντες ἐφοβοῦντο αὐτὸν, μὴ πιστεύοντες, ὅτι ἐστὶ μαθητής. βαρνάβας δὲ ἐπιλαβόμενος αὐτὸν, ἤγαγε πρὸς τοὺς ἀποστόλους, καὶ διηγήσατο αὐτοῖς, πῶς ἐν τῇ ὁδῷ εἶδε τὸν κύριον, καὶ ὅτι ἐλάλησεν αὐτῷ, καὶ πῶς ἐν δαμασκῷ ἐπαρρησιάσατο ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ ἰησοῦ. καὶ ἦν μετ' αὐτῶν εἰσπορευόμενος εἰς ἱερουσαλὴμ, καὶ παρρησιαζόμενος ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου ἰησοῦ. ἐλάλει τε καὶ συνεζήτει πρὸς τοὺς ἑλληνιστάς. οἱ δὲ ἐπεχείρουν αὐτὸν ἀνελεῖν. ἐπιγνόντες δὲ οἱ ἀδελφοὶ, κατήγαγον αὐτὸν εἰς καισάρειαν, καὶ ἐξαπέστειλαν αὐτὸν εἰς ταρσόν. αἱ μὲν οὖν ἐκκλησίαι καθόλης τῆς ἰουδαίας καὶ γαλιλαίας καὶ σαμαρείας εἶχον εἰρήνην, οἰκοδομούμεναι καὶ πορευόμεναι τῷ φόβῳ τοῦ κυρίου, καὶ τῇ παρακλήσει τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐπληθύνοντο. ἐγένετο δὲ, πέτρον διερχόμενον διὰ πάντων, κατελθεῖν καὶ πρὸς τοὺς ἁγίους, τοὺς κατοικοῦντας λύδδαν. εὗρε δὲ ἐκεῖ ἄνθρωπόν τινα αἰναίαν ὀνόματι, ἐξ ἐτῶν ὀκτὼ κατακείμενον ἐπὶ κραβ-

βάτῳ

gogis prædicabat Christū, quod is esset filius dei. Stupebant autem omnes qui eum audiebant, ac dicebant: Nonne hic est qui expugnabat Hierosolymis eos, qui inuocabant nomen istud? Et huc ad hoc uenit, ut uinctos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus autem multo magis conualescebat, & confundebat Iudæos, qui habitabant Damasci, affirmans quod is esset Christus. Expletis autem diebus compluribus, inierunt inter se Iudæi consilium, ut illum occiderent. Sed intellectæ sunt Saulo insidiæ eorum. Asseruabantq; portas die ac nocte, ut eum interficerent. Accipientes autem eum discipuli nocte, per murum demiserunt, summittentes in sporta. Cum autē Saulus uenisset Hierosolymam, tentabat se iungere discipulis. & omnes timebant eum, non credentes, quod esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum, duxit ad apostolos, ac narrauit illis, quomodo in uia uidisset dominum, & quod locutus esset ei, & quomodo in Damasco fortiter egisset in nomine Iesu. Et erat cum illis uersans Hierosolymis, fiducialiter agens in nomine domini Iesu. Loquebatur q; & disputabat aduersus Græcos. illi uero quærebant occidere eum. Quod cum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & emiserunt Tarsum. Igitur ecclesiæ quidē per totā Iudæam & Galilæam & Samariam habebant pacem, & ædificabant̄ uersantes in timore dñi, & cōsolatione sancti spiritus multiplicabant̄. Factū est aūt, ut Petrus, dum peragraret per omnes, deueniret etiā ad sanctos, qui habitabāt Lyddæ. Reperit autē ibi hominē quēdā nomine Aenæā, annis iam octo decumbentem in grab-

βάτῳ, ὃς ἦν παραλελυμένος, καὶ εἶπεν αὐτῷ ὁ πέτρος. αἰναία, ἰᾶταί σε ὁ Ιησοῦς Χριστός. ἀνάστηθι, καὶ στρῶσον σεαυτῷ. καὶ εὐθέως ἀνέστη. καὶ εἶδον αὐτὸν πάντες οἱ κατοικοῦντες λύδδαν καὶ τὸν ἀσσάρωνα, οἵτινες ἐπέστρεψαν ἐπὶ τὸν κύριον. Ἐν ἰόππῃ δέ τις μαθήτρια ὀνόματι ταβιθά. ἡ διερμηνευομένη λέγεται δορκάς. αὕτη ἦν πλήρης ἀγαθῶν ἔργων καὶ ἐλεημοσυνῶν ὧν ἐποίει. Ἐγένετο δὲ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἀσθενήσασαν αὐτὴν ἀποθανεῖν. λούσαντες δὲ αὐτὴν, ἔθηκαν ἐν ὑπερώῳ. ἐγγὺς δὲ οὔσης λύδδης τῇ ἰόππῃ, οἱ μαθηταὶ ἀκούσαντες, ὅτι πέτρος ἐστὶν ἐν αὐτῇ, ἀπέστειλαν πρὸς αὐτὸν, παρακαλοῦντες, μὴ ὀκνῆσαι διελθεῖν ἕως αὐτῶν. ἀναστὰς δὲ πέτρος, συνῆλθεν αὐτοῖς. ὃν παραγενόμενον ἀνήγαγον εἰς τὸ ὑπερῷον, καὶ παρέστησαν αὐτῷ πᾶσαι αἱ χῆραι κλαίουσαι, καὶ ἐπιδεικνύμεναι χιτῶνας καὶ ἱμάτια, ὅσα ἐποίει μετ' αὐτῶν οὖσα ἡ δορκάς. ἐκβαλὼν δὲ ἔξω πάντας ὁ πέτρος, θεὶς τὰ γόνατα προσηύξατο. καὶ ἐπιστρέψας πρὸς τὸ σῶμα, εἶπε. ταβιθὰ, ἀνάστηθι. ἡ δὲ ἤνοιξε τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, καὶ ἰδοῦσα τὸν πέτρον, ἀνεκάθισε. Δοὺς δὲ αὐτῇ χεῖρα, ἀνέστησεν αὐτήν. φωνήσας δὲ τοὺς ἁγίους καὶ τὰς χήρας, παρέστησεν αὐτὴν ζῶσαν. γνωστὸν δὲ ἐγένετο καθ' ὅλης τοῦ ἰόππης, καὶ πολλοὶ ἐπίστευσαν ἐπὶ τὸν κύριον. Ἐγένετο δὲ, ἡμέρας ἱκανὰς μεῖναι αὐτὸν ἐν ἰόππῃ παράτινι σίμωνι βυρσεῖ.

Ἀνὴρ δέ τις ἦν ἐν καισαρείᾳ, ὀνόματι κορνήλιος, ἑκατοντάρχης ἐκ σπείρης τοῦ καλουμένης ἰταλικῆς, εὐσεβὴς καὶ φοβούμενος τὸν θεὸν σὺν παντὶ τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, ποιῶν τε ἐλεημοσύνας πολλὰς τῷ λαῷ, καὶ δεόμενος τοῦ θεοῦ διὰ παντός. εἶδεν ἐν ὁράματι φανερῶς, ὡσεὶ ὥραν ἐννάτην τοῦ ἡμέρας, ἄγγελον τοῦ θεοῦ εἰσελθόντα πρὸς αὐτὸν, καὶ εἰπόντα αὐτῷ. Κορνήλιε. ὁ δὲ ἀτενίσας αὐτῷ, καὶ ἔμφοβος γενόμενος

bato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus: Aenæa, sanet te dominꝰ Iesus Christus. Surge, & sterne tibijpsi. Et cōtinuo surrexit. Et uiderunt eum omnes qui habitabant Lyddæ & Assarone, qui conuersi sunt ad dominū. Ioppæ autem fuit quædā discipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicit' Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis & eleemosynis quas præstabat. Factum est autem in diebus illis, ut infirmata moreretur. Quam cum lauissent, posuerunt in cœnaculo. Cum autē uicina esset Lydda Ioppæ, ac discipuli audissent; quod Petrus esset in ea, miserunt ad eum, rogantes, ne grauaretur uenire usque ad se. Exurgens autem Petrus, uenit cum illis. Et cum aduenisset, duxerunt illum in cœnaculum. & circumsteterunt illum omnes uiduæ flentes, & ostendentes tunicas uestesq́; quas faciebat cum esset cum ipsis Dorcas. Eiectis autē omnibus foras, Petrus positis genibus orauit. & conuersus ad corpus, dixit: Tabitha, surge. At illa aperuit oculos suos, uisóque Petro, resedit. Data autē illi manu, erexit eam. & cū uocasset sanctos ac uiduas, exhibuit eam uiuam. Id autē innotuit per totam Ioppen, & crediderunt multi in dominum. Factum est autem, ut dies multos maneret Ioppæ apud Simonem quendam coriarium.

Vir autem quidam erat Cæsareæ, nomine Cornelius, centurio ex cohorte quæ dicitur Italica, religiosus ac timens deum cum tota domo sua, præstans eleemosynas multas plebi, deprecansque deum semper. Is uidit per uisum manifeste fermè hora diei nona angelum dei introëuntem ad se, dicentemq́; sibi: Corneli. At ille intuens eum, ac timore correptus,

νόμου, εἶπε. τί ἐστι κύριε; εἶπε δὲ αὐτῷ. αἱ προσευχαί σου καὶ αἱ ἐλεημοσύναι σου ἀνέβησαν εἰς μνημόσυνον ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. καὶ νῦν πέμψον εἰς ἰόππην ἄνδρας, καὶ μετάπεμψαι σίμωνα τὸν ἐπικαλούμενον πέτρον. οὗτος ξενίζεται παρά τινι σίμωνι βυρσεῖ, ᾧ ἐστὶν οἰκία παρὰ θάλασσαν. οὗτος λαλήσει σοι, τί σε δεῖ ποιεῖν. ὡς δὲ ἀπῆλθεν ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν τῷ κορνηλίῳ, φωνήσας δύο τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, καὶ στρατιώτην εὐσεβῆ τῶν προσκαρτερούντων αὐτῷ, καὶ ἐξηγησάμενος αὐτοῖς ἅπαντα, ἀπέστειλεν αὐτοὺς εἰς τὴν ἰόππην. τῇ δὲ ἐπαύριον ὁδοιπορούντων ἐκείνων καὶ τῇ πόλει ἐγγιζόντων, ἀνέβη πέτρος ἐπὶ τὸ δῶμα προσεύξασθαι, περὶ ὥραν ἕκτην. ἐγένετο δὲ πρόσπεινος, καὶ ἤθελε γεύσασθαι. παρασκευαζόντων δὲ ἐκείνων, ἐπέπεσεν ἐπ' αὐτὸν ἔκστασις. καὶ θεωρεῖ τὸν οὐρανὸν ἀνεῳγμένον, καὶ καταβαῖνον ἐπ' αὐτὸν σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς δεδεμένον, καὶ καθιέμενον ἐπὶ τῆς γῆς, ἐν ᾧ ὑπῆρχε πάντα τὰ τετράποδα τῆς γῆς καὶ τὰ θηρία καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. καὶ ἐγένετο φωνὴ πρὸς αὐτόν. ἀναστὰς πέτρε, θῦσον καὶ φάγε. ὁ δὲ πέτρος εἶπε. μηδαμῶς κύριε, ὅτι οὐδέποτε ἔφαγον πᾶν κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον. καὶ φωνὴ πάλιν ἐκ δευτέρου πρὸς αὐτόν. ἃ ὁ θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς, καὶ πάλιν ἀνελήφθη τὸ σκεῦος εἰς τὸν οὐρανόν. ὡς δὲ ἐν ἑαυτῷ διῆπόρει ὁ πέτρος, τί ἂν εἴη τὸ ὅραμα ὃ εἶδε, καὶ ἰδοὺ οἱ ἄνδρες οἱ ἀπεσταλμένοι ἀπὸ τοῦ κορνηλίου, διερωτήσαντες τὴν οἰκίαν σίμωνος, ἐπέστησαν ἐπὶ τὸν πυλῶνα. καὶ φωνήσαντες ἐπυθάνοντο εἰ σίμων ὁ ἐπικαλούμενος πέτρος ἐνθάδε ξενίζεται. τοῦ δὲ πέτρου ἐνθυμουμένου περὶ τοῦ ὁράματος, εἶπεν αὐτῷ τὸ πνεῦμα. ἰδοὺ ἄνδρες ζητοῦσί σε, ἀλλὰ ἀναστὰς κατάβηθι, καὶ πορεύου σὺν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενος

reptus, dixit: Quid eſt domine? Dixit autem illi: Orationes tuæ & eleemoſynæ tuæ aſcenderunt in memoriam coram deo. Et nunc mitte uiros Ioppen, & accerſe Simonem qui cognominatur Petrus. Hic diuerſatur apud Simonē quendam coriarium, cui eſt domus iuxta mare. Hic dicet tibi, quid te oporteat facere. Et cum diſceſſiſſet angelus qui loquebatur illi, uocauit duos famulos ſuos, & militem religioſum ex his qui ſibi adhærebant. Quibus cum narraſſet omnia, miſit illos Ioppen. Poſtridie uero facientibus illis iter & appropinquantibus ciuitati, aſcendit Petrus in ſuperiora domus, ut oraret, circa horā ſextam. Et cum eſuriret, uoluit guſtare cibum. Parantibus autem illis, irruit ſuper eum mentis exceſſus. Et uidet cœlum apertum, ac deſcēdens ad ſe uas quoddā uelut linteum magnum, quatuor initijs alligatū, ſummitti è cœlo in terrā, in quo erant omnia quadrupedia terræ beſtiæq; & reptilia, & uolatilia cœli. Et facta eſt uox ad eum: Surge Petre, macta & ueſcere. Ait autē Petrus: Nequaq; domine, quia nunq; edi quicquam commune & immundum. Et uox rurſus iterum ad eum: Quæ deus purificauit, tu communia ne dixeris. Hoc autem factum eſt tertio. Et rurſum receptum eſt uas in cœlum. Et dum apud ſeſe hæſitaret Petrus, quæ nam eſſet uiſio quam uidiſſet, ecce uiri qui miſſi erant à Cornelio, percontati de domo Simonis, aſtiterunt ad ianuam. Et euocato quopiam interrogabant an Simon qui cognominaretur Petrus, illic haberet hoſpitium. Petro uero cogitante de uiſione, dixit ſpiritus ei: Ecce uiri quærunt te. Surge itaq; & deſcende, & uade cum eis, nihil hæſi-

μενος, διότι ἐγὼ ἀπέσταλκα αὐτούς. κατα-
βὰς δὲ Πέτρος πρὸς τοὺς ἄνδρας, τοὺς ἀπε-
σταλμένους ἀπὸ τοῦ Κορνηλίου πρὸς αὐτόν, εἶ-
πεν. ἰδοὺ ἐγώ εἰμι ὃν ζητεῖτε. τίς ἡ αἰτία
δι' ἣν παρεγένεσθε; οἱ δὲ εἶπον. Κορνήλιος ἑκατον-
τάρχης, ἀνὴρ δίκαιος καὶ φοβούμενος τὸν θε-
όν, καὶ μαρτυρούμενός τε ὑπὸ ὅλου τοῦ ἔθνους
τῶν Ἰουδαίων, ἐχρηματίσθη ὑπὸ ἀγγέλου ἁ-
γίου, μεταπέμψασθαί σε εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ,
καὶ ἀκοῦσαι ῥήματα παρὰ σοῦ. εἰσκαλεσάμε-
νος οὖν αὐτοὺς, ἐξένισε. τῇ δὲ ἐπαύριον ὁ Πέ-
τρος ἐξῆλθε σὺν αὐτοῖς, καί τινες τῶν ἀδελ-
φῶν τῶν ἀπὸ Ἰόππης συνῆλθον αὐτῷ. καὶ
τῇ ἐπαύριον εἰσῆλθον εἰς τὴν καισάρειαν. ὁ
δὲ Κορνήλιος ἦν προσδοκῶν αὐτοὺς, συγκα
λεσάμενος τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ καὶ τοὺς ἀ-
ναγκαίους φίλους. ὡς δὲ ἐγένετο εἰσελθεῖν τὸν
Πέτρον, συναντήσας αὐτῷ ὁ Κορνήλιος, πε-
σὼν ἐπὶ τοὺς πόδας, προσεκύνησεν. ὁ δὲ Πέ
τρος αὐτὸν ἤγειρε, λέγων. Ἀνάστηθι, κἀγὼ
αὐτὸς ἄνθρωπός εἰμι. καὶ συνομιλῶν αὐτῷ,
εἰσῆλθε, καὶ εὑρίσκει συνεληλυθότας πολλούς,
ἔφη τε πρὸς αὐτούς. ὑμεῖς ἐπίστασθε, ὡς ἀθέμι
τόν ἐστιν ἀνδρὶ Ἰουδαίῳ κολλᾶσθαι ἢ προσέρ-
χεσθαι ἀλλοφύλῳ. κἀμοὶ ὁ θεὸς ἔδειξε, μη-
δένα κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον λέγειν ἄνθρωπον,
διὸ καὶ ἀναντιῤῥήτως ἦλθον μεταπεμφθείς.
πυνθάνομαι οὖν, τίνι λόγῳ μετεπέμψασθέ
με; καὶ ὁ Κορνήλιος ἔφη, ἀπὸ τετάρτης ἡμέ
ρας μέχρι ταύτης τῆς ὥρας ἤμην νηστεύων,
καὶ τὴν ἐνάτην ὥραν προσευχόμενος ἐν
τῷ ἐμῷ οἴκῳ μου, καὶ ἰδοὺ ἀνὴρ ἔστη ἐνώπιόν
μου ἐν ἐσθῆτι λαμπρᾷ, καὶ φησί. Κορνήλιε,
εἰσηκούσθη σου ἡ προσευχή, καὶ αἱ ἐλεημοσύ-
ναι σου ἐμνήσθησαν ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. πέμ
ψον οὖν εἰς Ἰόππην, καὶ μετακάλεσαι Σίμω
να, ὃς ἐπικαλεῖται Πέτρος, οὗτος ξενίζεται
ἐν οἰκίᾳ Σίμωνος βυρσέως παρὰ θάλασσαν,
ὃς παραγενόμενος λαλήσει σοι. ἐξαυτῆς
οὖν ἔπεμψα πρός σε, σύ τε καλῶς ἐποίησας
παραγενόμενος. Νῦν οὖν πάντες ἡμεῖς ἐνώ-
πιον

tans, propterea quod ego misi illos. De-
scendens autē Petrus ad uiros, qui missi
erant à Cornelio ad ipsum, dixit: Ecce
ego sum ille quem quæritis. Quæ causa
est propter quam uenistis? Qui dixerūt:
Cornelius centurio, uir iustus ac timens
deum, & testimonium habēs ab uniuer-
sa gente Iudæorum, oraculo admonitus
est ab angelo sancto, ut accerseret te in
domū suam, & audiret uerba abs te. In-
tro uocatos igitur eos, recepit hospitio.
Sequenti uero die Petrus, pfectus est cū
illis, & quidā ex fratribus ab Ioppensib⁹
comitati sunt eum. Postridie uero intro-
ierunt Cæsaream. Porrò Cornelius ex-
pectabat illos, conuocatis cognatis suis
ac necessarijs amicis. Vt autē factum est
ut introiret Petrus, obuiam progres-
sus ei Cornelius, ac procidens ad pedes,
adorauit eum. Petrus uero erexit eum,
dicens: Surge, & ego ipse homo sum. Et
colloquens cum illo, intrauit, & offendit
multos qui cōuenerant, dixitq; ad illos:
Vos scitis, nō esse fas uiro Iudæo coniun
gi aut accedere ad alienigenā. Sed mihi
ostendit deus, ne quem cōmunē aut im-
mundum dicerē hominē, quapropter &
incunctāter ueni accersitus. Interrogo er
go, quā ob causam accersistis me? Et Cor
nelius ait: Die abhinc q̄rto usq; ad hanc
horā sedebā ieiunus, & hora nona preca
bar in domo mea, & ecce uir stetit añ me
inueste splendida, & ait: Corneli, exaudi
ta est deprecatio tua, & eleemosynæ tuæ
in memoria habitæ sunt corā deo. Mitte
ergo qui eant Ioppen, & accerse Simonem
qui cognominat̄ Petrus, hic diuersat̄ in
ædibus Simonis coriarij iuxta mare, qui
simulatq; uenerit loquetur tibi. Confe-
stim ergo misi ad te, & tu bene feciſti qui
aduenēris. Nunc ergo omnes nos, teste

deo,

πίον τῷ θεῷ πάρεσμεν, ἀκοῦσαι πάντα τὰ προστεταγμένα σοι ὑπὸ τοῦ θεοῦ. Ἀνοίξας δὲ Πέτρος τὸ στόμα, εἶπεν· ἐπ' ἀληθείας καταλαμβάνομαι, ὅτι οὐκ ἔστι προσωπολήπτης ὁ θεός, ἀλλ' ἐν παντὶ ἔθνει ὁ φοβούμενος αὐτὸν καὶ ἐργαζόμενος δικαιοσύνην, δεκτὸς αὐτῷ ἐστι. τὸν λόγον ὃν ἀπέστειλε τοῖς υἱοῖς Ἰσραήλ, εὐαγγελιζόμενος εἰρήνην διὰ Ἰησοῦ Χριστοῦ, οὗτός ἐστι πάντων κύριος, ὑμεῖς οἴδατε τὸ γενόμενον ῥῆμα καθ' ὅλης τῆς Ἰουδαίας, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας, μετὰ τὸ βάπτισμα ὃ ἐκήρυξεν Ἰωάννης, Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲθ, ὡς ἔχρισεν αὐτὸν ὁ θεὸς πνεύματι ἁγίῳ καὶ δυνάμει, ὃς διῆλθεν εὐεργετῶν καὶ ἰώμενος πάντας τοὺς καταδυναστευομένους ὑπὸ τοῦ διαβόλου, ὅτι ὁ θεὸς ἦν μετ' αὐτοῦ. καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν μάρτυρες πάντων ὧν ἐποίησεν ἔν τε τῇ χώρᾳ τῶν Ἰουδαίων καὶ ἐν Ἱερουσαλήμ, ὃν ἀνεῖλον κρεμάσαντες ἐπὶ ξύλου. τοῦτον ὁ θεὸς ἤγειρε τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἔδωκεν αὐτὸν ἐμφανῆ γενέσθαι οὐ παντὶ τῷ λαῷ, ἀλλὰ μάρτυσι τοῖς προκεχειροτονημένοις ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἡμῖν, οἵτινες συνεφάγομεν καὶ συνεπίομεν αὐτῷ, μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. καὶ παρήγγειλεν ἡμῖν κηρύξαι τῷ λαῷ καὶ διαμαρτύρασθαι, ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ ὡρισμένος ὑπὸ τοῦ θεοῦ κριτὴς ζώντων καὶ νεκρῶν. τούτῳ πάντες οἱ προφῆται μαρτυροῦσιν, ἄφεσιν ἁμαρτιῶν λαβεῖν διὰ τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ πάντα τὸν πιστεύοντα εἰς αὐτόν. ἔτι λαλοῦντος τοῦ Πέτρου τὰ ῥήματα ταῦτα, ἐπέπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπὶ πάντας τοὺς ἀκούοντας τὸν λόγον. καὶ ἐξέστησαν οἱ ἐκ περιτομῆς πιστοί, ὅσοι συνῆλθον τῷ Πέτρῳ, ὅτι καὶ ἐπὶ τὰ ἔθνη ἡ δωρεὰ τοῦ ἁγίου πνεύματος ἐκκέχυται. ἤκουον γὰρ αὐτῶν λαλούντων γλώσσαις καὶ μεγαλυνόντων τὸν θεόν. τότε ἀπεκρίθη ὁ Πέτρος· μή τι τὸ ὕδωρ κωλῦσαι δύναταί τις, τοῦ μὴ βαπτισθῆναι τούτους, οἵτινες τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔλαβον καθὼς καὶ ἡμεῖς; προσέταξέ τε αὐτοὺς βαπτισθῆναι

deo, adsumus, ut audiamus omnia quæcunque tibi præcepta sunt à deo. Aperiens autem Petrus os, dixit: Re ipsa comperio, quod non sit personarum respectus apud deum, sed in quauis gente, qui timet ipsum & operatur iustitiam, is acceptus est illi. Sermonem quem misit deus filijs Israël, annuncians pacem per Iesum Christum (hic est omnium dñs) Ipsi nostis, de quo sermone fama diuulgatum fuit in tota Iudæa, rumore primũ orto à Galilæa, post baptisma qd prædicabat Ioannes, ut Iesum Nazarenũ unxerit deus spiritu sancto & uirtute, qui obambulauit benefaciendo & sanando omẽs oppressos à diabolo, quoniã deus erat cum illo. Et nos testes sumus omniũ quæ fecit & in regione Iudæorũ & Hierosolymis, quẽ occiderunt suspensum in ligno. Hunc deus suscitauit tertio die, & exhibuit eum, ut manifestus fieret nõ toti populo, sed testibus prius ad hoc delectis à deo nimirũ nobis, qui comedimus & bibim⁹ unà cum illo, posteaq̃ resurrexit à mortuis. Et præcepit nobis ut prædicaremus populo ac testificaremur, quod ipse sit ille qui cõstitutus erat à deo iudex uiuorũ ac mortuorũ. Huic omẽs pphetæ testimoniũ ferunt, qd remissionẽ peccatorũ accepturus sit per nomẽ eius quisquis crediderit in eum. Adhuc loquente Petro uerba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant sermonẽ. Et obstupuerũt hi qui ex circũcisorũ genere credebant, quotq̃t uenerant cũ Petro, qd & in gẽtes donũ spũs sancti effusum esset. Audiebant emi illos loquentes linguis ac magnificantes deũ. Tunc respondit Petrus: Num quis prohibere potest, q̃minus aqua baptizent, hi qui spm̃ sanctum acceperũt sicut & nos? Et iussit eos

βαπτισθῆναι ἐν τῷ ὀνόματι τοῦ κυρίου. τότε ἠρώτησαν αὐτὸν ἐπιμεῖναι ἡμέρας τινάς.

ΗΚΟΥΣΑΝ δὲ οἱ ἀπόστολοι καὶ οἱ ἀδελφοὶ οἱ ὄντες κατὰ τὴν Ἰουδαίαν, ὅτι καὶ τὰ ἔθνη ἐδέξαντο τὸν λόγον τοῦ θεοῦ. καὶ ὅτε ἀνέβη Πέτρος εἰς Ἱεροσόλυμα, διεκρίνοντο πρὸς αὐτὸν οἱ ἐκ περιτομῆς, λέγοντες, ὅτι πρὸς ἄνδρας ἀκροβυστίαν ἔχοντας εἰσῆλθες, καὶ συνέφαγες αὐτοῖς. Ἀρξάμενος δὲ ὁ Πέτρος, ἐξετίθετο αὐτοῖς καθεξῆς, λέγων. ἐγὼ ἤμην ἐν πόλει Ἰόππῃ προσευχόμενος, καὶ εἶδον ἐν ἐκστάσει ὅραμα, καταβαῖνον σκεῦός τι ὡς ὀθόνην μεγάλην, τέσσαρσιν ἀρχαῖς καθιεμένην ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, καὶ ἦλθεν ἄχρις ἐμοῦ. εἰς ὃν ἀτενίσας, κατενόουν, καὶ εἶδον τὰ τετράποδα τῆς γῆς καὶ τὰ θηρία καὶ τὰ ἑρπετὰ, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ. ἤκουσα δὲ φωνῆς, λεγούσης μοι. ἀναστὰς Πέτρε, θῦσον καὶ φάγε. εἶπον δέ, μηδαμῶς κύριε, ὅτι κοινὸν ἢ ἀκάθαρτον οὐδέποτε εἰσῆλθεν εἰς τὸ στόμα μου. ἀπεκρίθη δέ μοι φωνὴ ἐκ δευτέρου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. ἃ ὁ θεὸς ἐκαθάρισε, σὺ μὴ κοίνου. τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τρίς, καὶ πάλιν ἀνεσπάσθη ἅπαντα εἰς τὸν οὐρανόν. καὶ ἰδοὺ ἄνδρες τρεῖς ἐπέστησαν ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἐν ᾗ ἦμεν, ἀπεσταλμένοι ἀπὸ Καισαρείας πρός με. εἶπε δέ μοι τὸ πνεῦμα, συνελθεῖν αὐτοῖς, μηδὲν διακρινόμενον. ἦλθον δὲ σὺν ἐμοὶ καὶ οἱ ἓξ ἀδελφοὶ οὗτοι, καὶ εἰσήλθομεν εἰς τὸν οἶκον τοῦ ἀνδρός. ἀπήγγειλέ τε ἡμῖν, πῶς εἶδε τὸν ἄγγελον ἐν τῷ οἴκῳ αὐτοῦ, σταθέντα καὶ εἰπόντα αὐτῷ. ἀπόστειλον εἰς Ἰόππην ἄνδρας, καὶ μετάπεμψαι Σίμωνα τὸν ἐπικαλούμενον Πέτρον, ὃς λαλήσει ῥήματα πρός σε, ἐν οἷς σωθήσῃ σύ, καὶ πᾶς ὁ οἶκός σου. ἐν δὲ τῷ ἄρξασθαί με λαλεῖν, ἐπέπεσε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπ' αὐτοὺς, ὥσπερ καὶ ἐφ' ἡμᾶς ἐν ἀρχῇ, ἐμνήσθην δὲ τοῦ ῥήματος κυρίου ὡς ἔλεγεν. Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισεν ὕδατι, ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν πνεύματι ἁγίῳ. εἰ οὖν τὴν ἴσην

baptizari in nomine domini. Tunc rogauerũt eum, ut remaneret aliquot dies.

Audierunt autẽ apoſtoli & fratres qui XI
erant in Iudæa, qđ & gentes recepiſſent ſermonẽ dei. Cumq; aſcendiſſet Petrus Hieroſolymam, diſceptabant aduerſus illum qui erant ex circumciſione, dicẽtes: Ad uiros præputiũ habẽtes introiſti, & ediſti cum illis. Petrus autẽ rem ab initio repetẽs, expoſuit illis ordine, dicens: Ego eram in ciuitate Ioppe orans, & uidi raptus extra me uiſionem, deſcendere uas quoddam ceu linteum magnũ, quatuor initijs emiſſum è cœlo, & uenit uſque ad me. In quod cum intẽdiſſem oculos, animaduerti & uidi quadrupedia terræ & beſtias & reptilia, & uolatilia cœli. Audiui autẽ & uocem, dicentẽ mihi: Surge Petre, macta & ueſcere. Dicebam autẽ: Neq; quaq; dñe, quia nihil commune aut immundũ unq; introiuit in os meum. Reſpondit autem mihi uox rurſum è cœlo: quæ deus mũdauit, tu ne cõmunia dixeris. Idq; accidit tertio, & rurſum omnia ſubducta ſunt in cœlum. Et ecce extẽplo tres uiri preſto aderant in ædib⁹ in quib⁹ eram, è Cæſarea miſſi ad me. Dixerat autem mihi ſpiritus, ut congrederer cũ illis, nihil hæſitans. Porrò comitati me ſunt & ſex fratres hi. Et ingreſſi ſum⁹ in domũ uiri. iſq; retulit nobis, ut uidiſſet angelũ domi ſuæ, qui aſtitiſſet ac dixiſſet ſibi: Emitte uiros Ioppen, & accerſe Simonẽ, cognomento Petrum, qui tibi ea dicturus eſt, per quæ ſalueris & tu & uniuerſa domus tua. Cũ autẽ exorſus eſſem ſermonẽ, illapſus eſt ſpũs ſanctus in illos, quẽadmodũ & in nos fuerat illapſus initio. Veniebat autẽ in mentẽ qđ dixerat dñs. Ioãnes qdẽ baptizauit aqua, cæterũ uos baptizabimini ſpũ ſctõ. Proinde ſi

par

ἴσλω δωρεὰν ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ θεὸς, ὡς καὶ ἡμῖν πιστεύσασιν ἐπὶ τὸν κύριον ἰησοῦν χριστόν. ἐγὼ δὲ τίς ἤμλω δυνατὸς κωλύσαι τὸν θεόν; ἀκούσαντες δὲ ταῦτα, ἡσύχασαν, καὶ ἐδόξασαν τὸν θεὸν, λέγοντες. ἄραγε καὶ τοῖς ἔθνεσιν ὁ θεὸς τὴν μετάνοιαν ἔδωκεν εἰς ζωήν. καὶ οἱ μὲν οὖν διασταλέντες ἀπὸ τῆς θλίψεως τῆς γενομένης ἐπὶ στεφάνῳ, διῆλθον ἕως φοινίκης καὶ κύπρου καὶ ἀντιοχείας, μηδενὶ λαλοῦντες τὸν λόγον, εἰ μὴ μόνον ἰουδαίοις. ἦσαν δέ τινες ἐξ αὐτῶν ἄνδρες κύπριοι καὶ κυρηναῖοι, οἵτινες εἰσελθόντες εἰς ἀντιόχειαν, ἐλάλουν πρὸς τοὺς ἑλληνιστὰς, εὐαγγελιζόμενοι τὸν κύριον ἰησοῦν. καὶ ἦν χεὶρ κυρίου μετ' αὐτῶν, πολύς τε ἀριθμὸς πιστεύσας ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὸν κύριον. ἠκούσθη δὲ ὁ λόγος εἰς τὰ ὦτα τῆς ἐκκλησίας, τῆς οὔσης ἐν ἱεροσολύμοις, περὶ αὐτῶν, καὶ ἐξαπέστειλαν βαρνάβαν διελθεῖν ἕως ἀντιοχείας. ὃς παραγενόμενος, καὶ ἰδὼν τὴν χάριν τοῦ θεοῦ, ἐχάρη, καὶ παρεκάλει πάντας, τῇ προθέσει τῆς καρδίας προσμένειν τῷ κυρίῳ. ὅτι ἦν ἀνὴρ ἀγαθὸς, καὶ πλήρης πνεύματος ἁγίου καὶ πίστεως. καὶ προσετέθη ὄχλος ἱκανὸς τῷ κυρίῳ. ἐξῆλθε δὲ εἰς ταρσὸν ὁ βαρνάβας, ἀναζητῆσαι σαῦλον· καὶ εὑρὼν ἀὐτὸν, ἤγαγεν αὐτὸν εἰς ἀντιόχειαν. ἐγένετο δὲ αὐτοὺς ἐνιαυτὸν ὅλον συναχθῆναι τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ διδάξαι ὄχλον ἱκανόν, χρηματίσαι τε πρῶτον ἐν ἀντιοχείᾳ τοὺς μαθητὰς χριστιανούς. ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις κατῆλθον ἀπ' ἰεροσολύμων προφῆται εἰς ἀντιόχειαν. ἀναστὰς δὲ εἷς ἐξ αὐτῶν ὀνόματι ἄγαβος, ἐσήμανε διὰ τοῦ πνεύματος, λιμὸν μέγαν μέλλειν ἔσεσθαι ἐφ' ὅλην τὴν οἰκουμένην. ὅς τις καὶ ἐγένετο ἐπὶ κλαυδίου καίσαρος. τῶν δὲ μαθητῶν καθὼς ηὐπορεῖτό τις, ὥρισαν ἕκαστος αὐτῶν εἰς διακονίαν πέμψαι τοῖς κατοικοῦσιν ἐν τῇ ἰουδαίᾳ ἀδελφοῖς, ὃ καὶ ἐποίησαν, ἀποστείλαντες πρὸς τοὺς πρεσβυτέρους, διὰ

par donum dedit illis deus, quemadmodum & nobis, cum credidissemus in dominum Iesum Christum: ego porrò quis eram, qui possem obsistere deo? His autem auditis obticuerunt, & glorificauerunt deum, dicentes: Igitur & gentibus deus pœnitentiam cõcessit ad uitam. Et illi quidem qui dispersi fuerant ex afflictione quæ orta fuerat ob Stephanum, perambulauerunt usq; ad Phœnicen & Cyprum & Antiochiam, nemini loquentes sermonẽ illum, nisi solis Iudæis. Erant autẽ quidam ex eis uiri Cyprij & Cyrenenses, qui cum introissent Antiochiam, loquebantur ad Græcos, prædicantes dominũ Iesum. Et erat manus dñi cum eis, multusq; numerus credentiũ conuersus est ad dñm. Peruenit autẽ rumor ad aures ecclesiæ, quæ erat Hierosolymis, sup his, & miserũt Barnabam ut iret ad Antiochiam. Qui cum peruenisset, & uidisset gratiam dei, gauisus est, & hortabat omẽs, ut ꝓposito cordis perseuerarẽt adhærere dño. Nam erat uir bonus, ac plenus spiritu sancto & fide. Et addita est multa turba domino. Profectus est autẽ Barnabas Tarsum, ut quæreret Saulũ, quẽ cũ inuenisset, perduxit Antiochiam. Accidit autẽ ut annũ totum cõsuetudinẽ agerẽt cũ ea cõgregatione, docerẽtq; turbam multam, & discipulos cognominarent primũ Antiochiæ Christianos. In his autem diebus superuenerũt ab urbe Hierosolymorũ ꝓphetæ Antiochiam, surgensq; unus ex eis nomine Agabus, significabat per spiritũ, famem magnam futurã in toto terrarũ orbe, quæ accidit sub Claudio Cæsare. Discipuli autẽ, put cuiq; supperebat, ꝓposuerũt in subsidiũ mittere habitantibus in Iudæa fratribꝰ, quod & fecerunt, mittentes ad seniores

per

δϊὰ χειρὸς βαρνάβα, καὶ σαύλου.

Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸν καιρὸν ἐπέβαλεν ἡρώδης ὁ βασιλεὺς τὰς χεῖρας κακῶσαί τινας τῶν ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. ἀνεῖλε δὲ ἰάκωβον τὸν ἀδελφὸν ἰωάννου μαχαίρᾳ. καὶ ἰδὼν ὅτι ἀρεστόν ἐστι τοῖς ἰουδαίοις, προσέθετο συλλαβεῖν καὶ πέτρον. ἦσαν δὲ ἡμέραι τῶν ἀζύμων. ὃν καὶ πιάσας, ἔθετο εἰς φυλακήν, παραδοὺς τέσσαρσι τετραδίοις στρατιωτῶν φυλάσσειν αὐτόν, βουλόμενος μετὰ τὸ πάσχα ἀναγαγεῖν αὐτὸν τῷ λαῷ. ὁ μὲν οὖν πέτρος ἐτηρεῖτο ἐν τῇ φυλακῇ. προσευχὴ δὲ ἦν ἐκτενὴς γινομένη ὑπὸ τῆς ἐκκλησίας πρὸς τὸν θεὸν ὑπὲρ αὐτοῦ. ὅτε δὲ ἔμελλεν αὐτὸν προάγειν ὁ ἡρώδης, τῇ νυκτὶ ἐκείνῃ ἦν ὁ πέτρος κοιμώμενος μεταξὺ δύο στρατιωτῶν, δεδεμένος ἁλύσεσι δυσὶ, φύλακές τε πρὸ τῆς θύρας ἐτήρουν τὴν φυλακήν. καὶ ἰδοὺ ἄγγελος κυρίου ἀπέστη, καὶ φῶς ἔλαμψεν ἐν τῷ οἰκήματι. πατάξας δὲ τὴν πλευρὰν τοῦ πέτρου, ἤγειρεν αὐτὸν, λέγων. ἀνάστα ἐν τάχει. καὶ ἐξέπεσον αὐτοῦ αἱ ἁλύσεις ἐκ τῶν χειρῶν. εἶπέ τε ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτόν. περίζωσαι, καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου. ἐποίησε δὲ οὕτως. καὶ λέγει αὐτῷ. περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου, καὶ ἀκολούθει μοι. καὶ ἐξελθὼν ἠκολούθει αὐτῷ, καὶ οὐκ ᾔδει, ὅτι ἀληθές ἐστι τὸ γινόμενον δϊὰ τοῦ ἀγγέλου. ἐδόκει δὲ ὅραμα βλέπειν. Διελθόντες δὲ πρώτην φυλακὴν καὶ δευτέραν, ἦλθον ἐπὶ τὴν πύλην τὴν σιδηρᾶν, τὴν φέρουσαν εἰς τὴν πόλιν, ἥτις αὐτομάτη ἠνοίχθη αὐτοῖς. καὶ ἐξελθόντες προσῆλθον ῥύμην μίαν, καὶ εὐθέως ἀπέστη ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτοῦ. καὶ ὁ πέτρος γενόμενος ἐν ἑαυτῷ, εἶπε. Νῦν οἶδα ἀληθῶς, ὅτι ἐξαπέστειλε κύριος τὸν ἄγγελον αὐτοῦ, καὶ ἐξείλετό με ἐκ χειρὸς ἡρώδου, καὶ πάσης τῆς προσδοκίας τοῦ λαοῦ τῶν ἰουδαίων. Συνιδών τε ἦλθεν ἐπὶ τὴν οἰκίαν μαρίας, τῆς μητρὸς ἰωάννου τοῦ ἐπικαλουμένου μάρκου, οὗ ἦσαν ἱκανοὶ συνηθροισμένοι καὶ προσευχόμενοι. κρούσαντος δὲ τοῦ πέτρου τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος

per manum Barnabæ ac Sauli.

Eodem autem tempore iniecit Herodes rex manus, ut affligeret quosdam de ecclesia. Occidit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio: uidens autem quod gratum esset Iudæis, perrexit cōprehendere & Petrum. Erant autem dies azymorū. Quē cum etiam apprehendisset, posuit in carcerem, tradens quatuor quaternionibus militū asseruandum, uolens post pascha producere eum populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Cæterum precatio fiebat sine intermissione ab ecclesia ad deum pro eo. Cum autem producturus eum esset Herodes, in ipsa nocte dormiebat Petrus inter duos milites, uinctus cathenis duabus, & custodes ante ostium custodiebant carcerē. Et ecce angelus domini astitit, & lumē refulsit in habitaculo. percussoq; latere Petri excitauit eum, dicens: Surge uelociter. Et exciderunt cathenæ de manib⁹ eius. Dixit autem angelus ad eum: Præcingere & subliga soleas tuas. Et fecit sic. Et dicit illi: Circunda tibi uestimentum tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat, quod uerum esset quod fiebat per angelū, sed putabat se uisum uidere. Cum autē præterissent primam ac secundam custodiam, uenerūt ad portam ferream, quæ ducit in ciuitatem, quæ ultro aperta est eis. Et exeuntes processerunt uicum unum, & cōtinuo discessit angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit: Nunc scio uere, quod miserit dn̄s angelum suum, & eripuerit me è manu Herodis, & ex omni expectatione plebis Iudæorum. req; perpensa uenit ad domū Mariæ, matris Ioannis, qui cognominatus est Marcus, ubi erāt multi cōgregati & orantes. Cū pulsasset aūt Petrus ostiū uestibuli,

πυλῶνα, προσῆλθε παιδίσκη ὑπακοῦσαι, ὀνόματι ῥόδη, καὶ ἐπιγνοῦσα τὴν φωνὴν τοῦ πέτρου, ἀπὸ δὲ χαρᾶς οὐκ ἤνοιξε τὸν πυλῶνα, εἰσδραμοῦσα δὲ ἀπήγγειλεν ἑστάναι τὸν πέτρον πρὸ τοῦ πυλῶνος. οἱ δὲ πρὸς αὐτὴν εἶπον, μαίνῃ. ἡ δὲ διϊσχυρίζετο οὕτως ἔχειν. οἱ δὲ ἔλεγον. ὁ ἄγγελός αὐτοῦ ἐστίν. ὁ δὲ πέτρος ἐπέμενε κρούων. ἀνοίξαντες δὲ εἶδον αὐτὸν, καὶ ἐξέστησαν. κατασείσας δὲ αὐτοῖς τῇ χειρὶ σιγᾷν, διηγήσατο αὐτοῖς, πῶς ὁ κύριος αὐτὸν ἐξήγαγεν ἐκ τῆς φυλακῆς. εἶπε δέ. ἀπαγγείλατε Ἰακώβῳ καὶ τοῖς ἀδελφοῖς ταῦτα. καὶ ἐξελθὼν ἐπορεύθη εἰς ἕτερον τόπον. γενομένης δὲ ἡμέρας, ἦν τάραχος οὐκ ὀλίγος ἐν τοῖς στρατιώταις, τί ἄρα ὁ πέτρος ἐγένετο. ἡρώδης δὲ ἐπιζητήσας αὐτὸν, καὶ μὴ εὑρὼν, ἀνακρίνας τοὺς φύλακας, ἐκέλευσεν ἀπαχθῆναι, καὶ κατελθὼν ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας εἰς τὴν καισάρειαν διέτριβεν. ἦν δὲ ὁ ἡρώδης θυμομαχῶν τυρίοις καὶ σιδονίοις. ὁμοθυμαδὸν δὲ παρῆσαν πρὸς αὐτόν, καὶ πείσαντες βλαστὸν τὸν ἐπὶ τοῦ κοιτῶνος τοῦ βασιλέως, ἠτοῦντο εἰρήνην, διὰ τὸ τρέφεσθαι αὐτῶν τὴν χώραν ἀπὸ τῆς βασιλικῆς. τακτῇ δὲ ἡμέρᾳ ὁ ἡρώδης ἐνδεδυμένος ἐσθῆτα βασιλικὴν, καθίσας ἐπὶ τοῦ βήματος, ἐδημηγόρει πρὸς αὐτούς. ὁ δὲ δῆμος ἐπεφώνει, θεοῦ φωνὴ, καὶ οὐκ ἀνθρώπου. παραχρῆμα δὲ ἐπάταξεν αὐτὸν ἄγγελος κυρίου, ἀνθ' ὧν οὐκ ἔδωκε δόξαν τῷ θεῷ, καὶ γενόμενος σκωληκόβρωτος, ἐξέψυξεν. ὁ δὲ λόγος τοῦ θεοῦ ηὔξανε καὶ ἐπληθύνετο. βαρνάβας δὲ καὶ παῦλος ὑπέστρεψαν εἰς ἰερουσαλήμ, πληρώσαντες τὴν διακονίαν, συμπαραλαβόντες καὶ ἰωάννην, τὸν ἐπικληθέντα μάρκον.

Ἦσαν δέ τινες κατὰ τὴν οὖσαν ἐκκλησίαν προφῆται καὶ διδάσκαλοι, ὅ, τε βαρνάβας καὶ σίμων καλούμενος νίγερ, καὶ λούκιος ὁ κυρηναῖος, μαναήν τε ἡρώδου τοῦ τετράρχου σύντροφος, καὶ σαῦλος. λειτουργούντων δὲ αὐτῶν τῷ κυρίῳ, καὶ

uestibuli, processit puella ut subausculta-
ret, nomine Rhode. Et ut agnouit uocē
Petri, præ gaudio non aperuit uestibu-
lum, sed introcurrēs renunciauit stare Pe
trum ante uestibulum. At illi dixerūt ad
eam: Insanis. Illa autem affirmabat, sic se
habere. At illi dicebāt: Angelus eius est.
Petrus autē perseuerabat pulsans. Cum
autē aperuissent, uiderunt eum, & obstu
puerunt. Cum innuisset autem eis mota
manu ut tacerent, narrauit illis, quō dns
eduxisset ipsum de carcere. Dixit autem:
ἀπέσταλκε τὸν υἱὸν σωτῆρα τοῦ κόσμου. ὃς ἐὰν ὁμολογήσῃ, ὅτι ΙΗΣΟΥΣ ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ μένει, καὶ αὐτὸς ἐν τῷ Θεῷ. καὶ ἡμεῖς ἐγνώκαμεν καὶ πεπιστεύκαμεν τὴν ἀγάπην, ἣν ἔχει ὁ Θεὸς ἐν ἡμῖν. ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστί. καὶ ὁ μένων ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐν τῷ Θεῷ μένει, καὶ ὁ Θεὸς ἐν αὐτῷ. ἐν τούτῳ τετελείωται ἡ ἀγάπη μεθ' ἡμῶν, ἵνα παῤῥησίαν ἔχωμεν ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς κρίσεως, ὅτι καθὼς ἐκεῖνός ἐστι, καὶ ἡμεῖς ἐσμὲν ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ. φόβος οὐκ ἔστιν ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἀλλ' ἡ τελεία ἀγάπη ἔξω βάλλει τὸν φόβον, ὅτι ὁ φόβος κόλασιν ἔχει. ὁ δὲ φοβούμενος οὐ τετελείωται ἐν τῇ ἀγάπῃ. ἡμεῖς ἀγαπῶμεν αὐτόν, ὅτι αὐτὸς πρῶτος ἠγάπησεν ἡμᾶς. ἐάν τις εἴπῃ, ὅτι ἀγαπῶ τὸν Θεόν, καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μισῇ, ψεύστης ἐστίν. ὁ γὰρ μὴ ἀγαπῶν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ὃν ἑώρακε, τὸν Θεὸν ὃν οὐχ ἑώρακε, πῶς δύναται ἀγαπᾶν. καὶ ταύτην τὴν ἐντολὴν ἔχομεν ἀπ' αὐτοῦ, ἵνα ὁ ἀγαπῶν τὸν Θεὸν, ἀγαπᾷ καὶ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ.

Πᾶς ὁ πιστεύων, ὅτι ΙΗΣΟΥΣ ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ἐκ τοῦ Θεοῦ γεγέννηται. καὶ πᾶς ὁ ἀγαπῶν τὸν γεννήσαντα, ἀγαπᾷ καὶ τὸν γεγεννημένον ἐξ αὐτοῦ. ἐν τούτῳ γινώσκομεν, ὅτι ἀγαπῶμεν τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ, ὅταν τὸν Θεὸν ἀγαπῶμεν, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν. αὕτη γάρ ἐστιν ἡ ἀγάπη τοῦ Θεοῦ, ἵνα τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ τηρῶμεν, καὶ αἱ ἐντολαὶ αὐτοῦ βαρεῖαι οὐκ εἰσίν. ὅτι πᾶν τὸ γεγεννημένον ἐκ τοῦ Θεοῦ, νικᾷ τὸν κόσμον, καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ νικὴ, ἡ νικήσασα τὸν κόσμον, ἡ πίστις ἡμῶν. τίς ἐστιν ὁ νικῶν τὸν κόσμον, εἰ μὴ ὁ πιστεύων, ὅτι ΙΗΣΟΥΣ ἐστὶν ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ; οὗτός ἐστιν ὁ ἐλθὼν δι' ὕδατος καὶ αἵματος ΙΗΣΟΥΣ Χριστὸς, οὐκ ἐν τῷ ὕδατι μόνον, ἀλλ' ἐν τῷ ὕδατι καὶ τῷ αἵματι. καὶ τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ μαρτυροῦν, ὅτι τὸ πνεῦμά ἐστιν ἡ ἀλήθεια. ὅτι τρεῖς εἰσιν οἱ μαρτυροῦντες, τὸ πνεῦμα, καὶ τὸ ὕδωρ, καὶ τὸ αἷμα

misit filium seruatorem mundi. Quisquis confessus fuerit, quod Iesus est filius dei, deus in eo manet, & ipse in deo. Et nos cognouimus, & credidimus charitatem, quam habet deus in nobis. Deus charitas est, & qui manet in charitate, in deo manet, & deus in eo. In hoc perfecta est charitas nobiscum, ut fiduciam habeamus in die iudicij, quod sicut ille est, & nos sumus in mundo hoc. Timor non est in charitate, sed perfecta charitas foras eijcit timorem, quoniam timor cruciatum habet. Qui autem timet, non est perfectus in charitate. Nos diligimus eum, quoniam ipse prior dilexit nos. Si quis dixerit: diligo deum, & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem uidit: deum quem nō uidit, quomodo potest diligere. Et hoc præceptum habemus ab eo: ut qui diligit deum, diligat & fratrem suum.

Omnis qui credit Iesum esse Christum, ex deo natus est. Et omnis qui diligit eum qui genuit: diligit & eum qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus, quod diligamus filios dei: cum deum diligimus, & præcepta eius seruamus. Hæc est enim charitas dei, ut præcepta eius seruemus, & præcepta eius grauia non sunt. Quoniam omne quod natum est ex deo, uincit mundum: & hæc est uictoria quæ uicit mundum, fides uestra. Quis est q uincit mundum, nisi qui credit quod Iesus est filius dei? Hic est qui uenit per aquam & sanguinem Iesus Christus: non per aquam solum, sed per aquam & sanguinem. Et spiritus est qui testificatur, quoniam spiritus est ueritas. Quoniam tres sunt qui testimoniū dant, spiritus, & aqua, & V.

sanguis,

δ αἷμα, καὶ οἱ τρεῖς εἰς τὸ ἕν εἰσιν. εἰ τὴν μαρτυρίαν τῶν ἀνθρώπων λαμβάνομεν, ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ μείζων ἐστίν, ὅτι αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία τοῦ θεοῦ, ἣν μεμαρτύρηκε περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. ὁ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, ἔχει τὴν μαρτυρίαν ἐν ἑαυτῷ. ὁ μὴ πιστεύων τῷ θεῷ, ψεύστην πεποίηκεν αὐτόν, ὅτι οὐ πεπίστευκεν εἰς τὴν μαρτυρίαν, ἣν μεμαρτύρηκεν ὁ θεὸς περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ μαρτυρία, ὅτι ζωὴν αἰώνιον ἔδωκεν ἡμῖν ὁ θεὸς, καὶ αὕτη ἡ ζωὴ ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἐστιν. ὁ ἔχων τὸν υἱὸν, ἔχει τὴν ζωήν. ὁ μὴ ἔχων τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ, τὴν ζωὴν οὐκ ἔχει. Ταῦτα ἔγραψα ὑμῖν τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ, ἵνα εἰδῆτε, ὅτι ζωὴν αἰώνιον ἔχετε, καὶ ἵνα πιστεύητε εἰς τὸ ὄνομα τοῦ υἱοῦ τοῦ θεοῦ. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ παῤῥησία, ἣν ἔχομεν πρὸς αὐτὸν, ὅτι ἐάν τι αἰτώμεθα κατὰ τὸ θέλημα αὐτοῦ, ἀκούει ἡμῶν. καὶ ἐὰν οἴδαμεν ὅτι ἀκούει ἡμῶν, ὃ ἂν αἰτώμεθα, οἴδαμεν ὅτι ἔχομεν τὰ αἰτήματα ἃ ᾐτήκαμεν παῤ αὐτοῦ. Ἐάν τις ἴδῃ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ ἁμαρτάνοντα ἁμαρτίαν μὴ πρὸς θάνατον, αἰτήσει καὶ δώσει αὐτῷ ζωὴν τοῖς ἁμαρτάνουσι μὴ πρὸς θάνατον. ἔστιν ἁμαρτία πρὸς θάνατον, οὐ περὶ ἐκείνης λέγω ἵνα ἐρωτήσῃ. πᾶσα ἀδικία ἁμαρτία ἐστίν, καὶ ἔστιν ἁμαρτία οὐ πρὸς θάνατον. οἴδαμεν, ὅτι πᾶς ὁ γεγεννημένος ἐκ τοῦ θεοῦ οὐχ ἁμαρτάνει, ἀλλ' ὁ γεννηθεὶς ἐκ τοῦ θεοῦ τηρεῖ ἑαυτὸν, καὶ ὁ πονηρὸς οὐχ ἅπτεται αὐτοῦ. οἴδαμεν ὅτι ἐκ τοῦ θεοῦ ἐσμὲν, καὶ ὁ κόσμος ὅλος ἐν τῷ πονηρῷ κεῖται. οἴδαμεν δὲ ὅτι ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ ἥκει, καὶ δέδωκεν ἡμῖν διάνοιαν, ἵνα γινώσκωμεν τὸν ἀληθινόν. καὶ ἐσμὲν ἐν τῷ ἀληθινῷ, ἐν τῷ υἱῷ αὐτοῦ ἰησοῦ χριστῷ. οὗτός ἐστιν ὁ ἀληθινὸς θεὸς, καὶ ἡ ζωὴ αἰώνιος. τεκνία φυλάξατε ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων. ἀμήν.

πρόθεσις

sanguis, & hi tres unum sunt. Si testimonium hominum accipimus, testimonium dei maius est: quoniam hoc est testimonium dei, quo testificatus est de filio suo. Qui credit in filium dei, habet testimonium in seipso. Qui non credit deo, mendacem fecit eum: quia non credidit in testimonium, quod testificatus est deus de filio suo. Et hoc est testimonium, quod uitam æternam dedit nobis deus, & hæc uita in filio eius est. Qui habet filium, habet uitam: qui non habet filium dei, uitam non habet. Hæc scripsi uobis, qui creditis in nomine filij dei, ut sciatis quod uitam habetis æternam, & ut credatis in nomine filij dei. Et hæc est fiducia quam habemus apud eum: quod si quid petierimus secundum uoluntatem eius, audit nos. Et si scimus, quod audit nos, quicquid petierimus, scimus quod habemus petitiones quas postulauimus ab eo. Si quis uiderit fratrem suum peccare peccatum non ad mortem, petet, & dabit ei uitam, peccantibus non ad mortem. Est peccatum ad mortem, non pro illo dico ut roges. Omnis iniquitas peccatum est. Et est peccatum non ad mortem. Scimus, quod omnis qui natus est ex deo, non peccat: sed qui genitus est ex deo, seruat seipsum, & malus ille non tangit eum. Scimus quod ex deo sumus, & mundus totus in malo constitutus est. Scimus autem quod filius dei uenit, & dedit nobis mentem, ut cognoscamus illum qui uerus est: & sumus in uero, in filio eius Iesu Christo. Hic est uerus deus, & uita æterna. Filioli, cauete uobis à simulacris. Amen.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ.

ΤΑΥΤΗΝ ὁ πρεσβύτερος γράφει κυρίᾳ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς. ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπιστολῆς, αὕτη. ὁρῶν τὰ τέκνα αὐτῆς καλῶς ἀναστρεφόμενα ἐν τῇ πίστει, καὶ πολλοὺς πλάνους περιερχομένους, καὶ λέγοντας, μὴ εἶναι πίστιν παρθενίαν τοῦ χριστοῦ ἐν σαρκί, γράφει πίστιν ἐπιστολήν. καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται αὐτῆς τὰ τέκνα. εἶτα δι δάσκων, μὴ νεώτερον εἶναι τὸ καθ' ἡμᾶς μυστήριον, παραινεῖ πάλιν περὶ ἀγάπης, καὶ ἵνα μείνωσιν ἐν τῇ διδαχῇ τῇ παραδοθείσῃ αὐτοῖς. καὶ λοιπὸν διδάσκει αὐτίχριστον εἶναι, πολλοὺς λέγοντα, μὴ ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι τὸν χριστόν. παραγγέλλει δέ, ὥστε τοὺς τοιούτους μὴ δέχεσθαί τινα εἰς οἰκίαν, μὴ δὲ λέγειν τοῖς τοιούτοις, χαίρειν. καὶ οὕτως τελειοῖ πίστιν ἐπιστολήν.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΔΕΥΤΕΡΑ.

ΠΡΕΣΒΥΤΕΡΟΣ ἐκλεκτῇ κυρίᾳ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς, οὓς ἐγὼ ἀγαπῶ ἐν ἀληθείᾳ, καὶ οὐκ ἐγὼ μόνος, ἀλλὰ καὶ πάντες οἱ ἐγνωκότες τὴν ἀλήθειαν, διὰ τὴν ἀλήθειαν τὴν μένουσαν ἐν ἡμῖν, καὶ μεθ' ἡμῶν ἔσται εἰς τὸν αἰῶνα. ἔσται μεθ' ἡμῶν χάρις, ἔλεος, εἰρήνη, παρὰ θεοῦ πατρός, καὶ παρὰ κυρίου Ἰησοῦ χριστοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ πατρός, ἐν ἀληθείᾳ καὶ ἀγάπῃ. ἐχάρην λίαν, ὅτι εὕρηκα ἐκ τῶν τέκνων σου περιπατοῦντας ἐν ἀληθείᾳ, καθὼς ἐντολὴν ἐλάβομεν παρὰ τοῦ πατρός. καὶ νῦν ἐρωτῶ σε κυρία. οὐχ ὡς ἐντολὴν γράφω σοι καινήν, ἀλλὰ ἣν εἴχομεν

BEATI IOANNIS PRESBYTERI EPISTOLA SECVNDA.

SENIOR electæ dominæ & filijs eius, quos ego diligo in ueritate: & non ego solus, sed & omnes qui cognouerunt ueritatem, propter ueritatem, quæ permanet in nobis, & nobiscum erit in æternum. Erit nobiscum gratia, misericordia, pax, à deo patre, & à domino Iesu Christo filio patris in ueritate & charitate. Gauisus sum ualde, quod inueni de filijs tuis ambulantes in ueritate, sicut præceptū accepimus à patre. Et nunc rogo te domina. non tanq̃ mandatum nouum scribo tibi, sed quod habuimus

ἔιχομεν ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἀγαπῶμεν ἀλλήλους. καὶ αὕτη ἐστὶν ἡ ἀγάπη, ἵνα περιπατῶμεν κατὰ τὰς ἐντολὰς αὐτου. αὕτη ἐστὶν ἡ ἐντολή, καθὼς ἠκούσατε ἀπ' ἀρχῆς, ἵνα ἐν αὐτῇ περιπατῆτε, ὅτι πολλοὶ πλάνοι εἰσῆλθον εἰς τὸν κόσμον, οἱ μὴ ὁμολογοῦντες Ιησοῦν χριστὸν ἐρχόμενον ἐν σαρκί. οὗτός ἐστιν ὁ πλάνος καὶ ὁ ἀντίχριστος. βλέπετε ἑαυτούς, μὴ ἀπολέσωμεν ἃ εἰργασάμεθα, ἀλλὰ μισθὸν πληρη ἀπολάβωμεν. πᾶς ὁ παραβαίνων καὶ μὴ μένων ἐν τῇ διδαχῇ του χριστοῦ, θεὸν οὐκ ἔχει. ὁ μένων ἐν τῇ διδαχῇ του χριστοῦ, οὗτος καὶ τὸν πατέρα καὶ τὸν υἱὸν ἔχει. εἴ τις ἔρχεται πρὸς ὑμᾶς, καὶ ταύτην διδαχὴν οὐ φέρει, μὴ λαμβάνετε αὐτὸν εἰς οἰκίαν, καὶ χαίρειν αὐτῷ μὴ λέγετε. ὁ γὰρ λέγων χαίρειν, κοινωνεῖ τοῖς ἔργοις αὐτου τοῖς πονηροῖς. πολλὰ ἔχων ὑμῖν γράφειν, οὐκ ἠβουλήθην διὰ χάρτου καὶ μέλανος. ἀλλὰ ἐλπίζω ἐλθεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ στόμα πρὸς στόμα λαλῆσαι, ἵνα ἡ χαρὰ ἡμῶν ᾖ πεπληρωμένη. ἀσπάζεταί σε τὰ τέκνα τῆς ἀδελφῆς σου τῆς ἐκλεκτῆς. ἀμήν.

habuimus ab initio, ut diligamus nos mutuo. Et hæc est charitas, ut ambulemus secundum præceptum eius. Hoc est præceptū, quemadmodum audistis ab initio, ut in eo ambuletis: quoniam multi seductores ingressi sunt in mundum, qui non confitentur Iesum Christum uenturum in carne. Hic est seductor & antichristus. Intuemini uosipsos, ne perdamus quæ operati sumus, sed ut mercedem plenam recipiamus. Omnis qui transgreditur & non manet in doctrina Christi, deum non habet. Qui manet in doctrina Christi, hic & patrem & filium habet. Si quis uenit ad uos, & hanc doctrinam non affert: ne recipiatis eum in domum, nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue, communicat operibus eius malis. Cum multa haberem uobis scribenda, nolui per chartam & atramentum. Sed spero me uenturum ad uos, & præsentem præsentibus locuturum, ut gaudium nostrum sit completum. Salutant te filij sororis tuæ electæ. Amen.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΤΡΙΤΗΣ ΚΑΘΟΛΙΚΗΣ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ.

ΕΣτιν ἡ ἐπιστολὴ περὶ φιλοξενίας. καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται τὸν γάϊον, μαρτυρούμενον παρὰ πάντων, ἐπὶ φιλοξενίᾳ. καὶ προτρέπει τῇ αὐτῇ προθέσει ἐμμένειν, καὶ προπέμπειν καὶ δεξιοῦσθαι τοὺς ἀδελφούς, πάλιν τε αὐτὸν μὲν τὸν προσφοραῖς ἀποδέχεται. διατίθεται δὲ διότι φεύγων, ὡς μή τε αὐτὸν παρέχοντα τοῖς πλωχοῖς, ἀλλὰ καὶ κωλύοντα τοὺς ἄλλους, καὶ πολλὰ φλυαροῦντα. τοὺς δὲ τοιούτους λέγει ἀλλοτρίους εἶναι τῆς ἀληθείας, καὶ μηδὲ εἰδέναι τὸν θεόν. δημήτριον δὲ σωίσκει μαρτυρῶν αὐτῷ τὰ κάλλιστα.

τῷ ἁγίῳ

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ ΚΑΘΟΛΙΚΗ ΕΠΙΣΤΟΛΗ ΤΡΙΤΗ.

πρεσβύτερος γαΐῳ τῷ ἀγαπητῷ, ὃν ἐγὼ ἀγαπῶ ἐν ἀληθείᾳ. ἀγαπητέ, περὶ πάντων εὔχομαί σε εὐοδοῦσθαι, καὶ ὑγιαίνειν, καθὼς εὐοδοῦταί σου ἡ ψυχή. ἐχάρην γὰρ λίαν ἐρχομένων ἀδελφῶν, καὶ μαρτυρούντων σου τῇ ἀληθείᾳ, καθὼς σὺ ἐν ἀληθείᾳ περιπατεῖς. μειζοτέραν τούτων οὐκ ἔχω χαράν, ἵνα ἀκούω τὰ ἐμὰ τέκνα ἐν ἀληθείᾳ περιπατοῦντα. ἀγαπητέ πιστὸν ποιεῖς, ὃ ἐὰν ἐργάσῃ εἰς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ εἰς τοὺς ξένους, οἳ ἐμαρτύρησάν σου τῇ ἀγάπῃ ἐνώπιον ἐκκλησίας, οὓς καλῶς ποιήσεις, προπέμψας ἀξίως τοῦ θεοῦ. ὑπὲρ γὰρ τοῦ ὀνόματος ἐξῆλθον, μηδὲν λαμβάνοντες ἀπὸ τῶν ἐθνῶν. ἡμεῖς οὖν ὀφείλομεν ἀπολαμβάνειν τοὺς τοιούτους, ἵνα συνεργοὶ γινώμεθα τῇ ἀληθείᾳ. ἔγραψα τῇ ἐκκλησίᾳ, ἀλλ' ὁ φιλοπρωτεύων αὐτῶν Διοτρεφὴς οὐκ ἐπιδέχεται ἡμᾶς. διὰ τοῦτο ἐὰν ἔλθω, ὑπομνήσω αὐτοῦ τὰ ἔργα ἃ ποιεῖ, λόγοις πονηροῖς φλυαρῶν ἡμᾶς, καὶ μὴ ἀρκούμενος ἐπὶ τούτοις, οὔτε αὐτὸς ἐπιδέχεται τοὺς ἀδελφούς, καὶ τοὺς βουλομένους κωλύει, καὶ ἐκ τῆς ἐκκλησίας ἐκβάλλει. ἀγαπητέ μὴ μιμοῦ τὸ κακόν, ἀλλὰ τὸ ἀγαθόν. ὁ ἀγαθο-

BEATI IOANNIS THEOLOGI CATHOLICA EPISTOLA TERTIA.

Enior Gaio dilecto, quē ego diligo in ueritate. Dilecte, de omnibus opto, ut prospere agant, & recte ualeant, sicut prospere agit anima tua. Gauisus sum enim ualde uenientibus fratribus, & testimonium addentibus ueritati tuæ, sicut tu in ueritate ambulas. Maius ijs non habeo gaudium, quàm ut audiam filios meos in ueritate ambulare. Charissime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & in hospites, qui testimonium reddiderunt charitati tuæ in conspectu ecclesiæ, quos, benefacies, si deduxeris digne deo. Pro nomine enim eius profecti sunt, nihil accipientes à gentibus. Nos ergo debemus recipere huiusmodi, ut cooperatores simus ueritati. Scripsi ecclesiæ, sed is qui amat primatum gerere in eis, Diotrephes nō recipit nos. Propter hoc si uenero, indicabo facta illius quæ facit, uerbis malitiosis garriens in nos, & nec his contentus, non solum non recipit fratres, uerumetiam uolentes recipere, prohibet, & è congregatione eijcit. Dilecte, ne imiteris qd̄ malum est, sed qd̄ bonū est.

Qui bene-

ὁ ἀγαθοποιῶν ἐκ τοῦ θεοῦ ἐστιν. ὁ δὲ κακοποιῶν οὐχ ἑώρακε τὸν θεόν. Δημητρίῳ μεμαρτύρηται ὑπὸ πάντων, καὶ ὑπ' αὐτῆς δὲ τῆς ἀληθείας, καὶ ἡμεῖς δὲ μαρτυροῦμεν, καὶ οἶδας, ὅτι ἡ μαρτυρία ἡμῶν ἀληθής ἐστι. πολλὰ εἶχον γράφειν, ἀλλ' οὐ θέλω διὰ μέλανος καὶ καλάμου σοι γράψαι. ἐλπίζω δὲ εὐθέως ἰδεῖν σε, καὶ στόμα πρὸς στόμα λαλήσομεν. εἰρήνη σοι. ἀσπάζονταί σε οἱ φίλοι. ἀσπάζου τοὺς φίλους κατ' ὄνομα.

Qui benefacit,ex deo est:qui autē malefacit,nō uidet deum.Demetrio testimonium reddit ab omnibus,& ab ipsa ueritate, sed & nos testimoniū perhibemus, & nostis, qd testimoniū nostrū uerum est.Multa habebam quæ scriberem, sed nolo per atramentū & calamū scribere tibi. Spero autē protinus me uisurū te, & præsentes corā loquemur.Pax tibi.Salutant te amici.Saluta amicos nominatim.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΙΟΥΔΑ ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ

Αὐτῷ ἐπιστολῇ γράφει τοῖς ἤδη πιστεύσασιν. ἡ δὲ πρόφασις αὕτη. παρεισελθόντων τινῶν, καὶ διδασκόντων ἀδιάφορον εἶναι τὴν πίστιν, καὶ ἀρνουμένων τὸν κύριον, ἀναγκαίως ἔσχε γράψαι, καὶ ἀσφαλίσασθαι τοὺς ἀδελφούς. καὶ πρῶτον μὲν παρακαλεῖ αὐτοὺς ἀγωνίσεσθαι, καὶ ἐμμένειν τῇ παραδοθείσῃ αὐτοῖς πίστει. ἔπειτα ἀποκηρύττει τοὺς τοιούτους, ὡς πλάνους, καὶ παραγγέλλει, μὴ δεῖν μίαν κοινωνίαν ἔχειν πρὸς τοὺς τοιούτους, εἰδότας, ὅτι οὐκ ἀρκεῖ τὸ κληθῆναι μόνον, ἐὰν μὴ καὶ ἀξίως περιπατήσωμεν τῆς κλήσεως. καὶ γὰρ καὶ τὸν πρότερον λαὸν ἐξαγαγὼν ἐξ Αἰγύπτου ὁ θεὸς, καὶ μὴ ἐμμείναντας τῇ πίστει, ἀπώλεσε. καὶ ἀγγέλων δὲ μὴ τηρησάντων τὴν ἰδίαν τάξιν, οὐκ ἐφείσατο, διὸ οὖν ἀπὸ τῶν τοιούτων ἀναχωρεῖν. καὶ γὰρ μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, οὐχ ὑπήνεγκε βλασφημίαν τοῦ διαβόλου, ἔσεσθαι γοῦν τὴν ἀπώλειαν αὐτῶν ὡς σοδόμων διδάσκει. εἶτα παίνει εἰς τὰ ἤθη. καὶ ἐποτρύνει αὐτοὺς βεβαιότητα τῆς πίστεως παρὰ τοῦ κυρίου, τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν.

IN EPISTOLAM IVDAE, ARGVMENTVM PER ERASMVM ROTERODAMVM.

Vltis uerbis destomachatur in eos,qui cupiditatibus suis excæcati,adiuersabantur euangelio.Quod tamen nouum uideri non debeat, cum iam olim in hoc destinati sint,& ab apostolis prædictum sit, id genus homines irrepturos in gregem Christianorum . Aduersus hos sic armat eos,ut studeant & illos uel increpatione coërcere,uel admonēdo seruare. Qd si non queant,certe ipsi sese parent in aduentum Christi.

FINIS ARGVMENTI.

ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΟΥΔΑ ΑΠΟ-
ΣΤΟΛΟΥ ΕΠΙΣΤΟΛΗ
ΚΑΘΟΛΙΚΗ.

ΟΥΔΑΣ ΙΗ-
σοῦ χρισοῦ
δοῦλος, ἀ-
δελφὸς δὲ
ἰακώβου,
τοῖς ἐν θεῷ
πατρὶ ἡγια-
σμένοις,
καὶ ἰησοῦ
χρισοῦ τετηρημένοις, κλητοῖς. ἔλεος ὑ-
μῖν καὶ εἰρήνη καὶ ἀγάπη πληθυνθείη.
Ἀγαπητοὶ, πᾶσαν σπουδὴν ποιούμενος
γράφειν ὑμῖν περὶ τῆς κοινῆς σωτηρίας,
ἀνάγκην ἔσχον γράψαι ὑμῖν, παρακα-
λῶν ἐπαγωνίζεσθαι τῇ ἅπαξ παραδοθεί-
σῃ τοῖς ἁγίοις πίστει. παρεισέδυσαν γάρ
τινες ἄνθρωποι, οἱ πάλαι προγεγραμ-
μένοι εἰς τοῦτο τὸ κρῖμα, ἀσεβεῖς, τὴν τοῦ
θεοῦ ἡμῶν χάριν μετατιθέντες εἰς ἀσέλ-
γειαν, καὶ τὸν μόνον δεσπότην θεὸν, καὶ
κύριον ἡμῶν ἰησοῦν χριστὸν ἀρνούμενοι.
ὑπομνῆσαι δὲ ὑμᾶς βούλομαι, εἰδότας ὑ-
μᾶς ἅπαξ τοῦτο, ὅτι ὁ κύριος λαὸν ἐκ
γῆς αἰγύπτου σώσας, τὸ δεύτερον τοὺς
μὴ πιστεύσαντας ἀπώλεσεν. ἀγγέλους τε
τοὺς μὴ τηρήσαντας τὴν ἑαυτῶν ἀρχὴν,
ἀλλὰ ἀπολιπόντας τὸ ἴδιον οἰκητήριον, εἰς
κρίσιν μεγάλης ἡμέρας, δεσμοῖς
ἀϊδίοις ὑπὸ ζόφον τετήρηκεν. ὡς σόδο-
μα καὶ γόμορρα, καὶ αἱ περὶ αὐτὰς πό-
λεις

BEATI IVDAE APOSTO-
LI EPISTOLA CA-
THOLICA.

VDAS Ieſu
Chriſti ſer-
uus, frater Ia
cobi, iis qui
in deo patre
ſanctificati
ſunt, quiq; Ieſu Chriſto ſeruati ſunt,
uocatis. Miſcꝺ'ia uobis, & pax, & chari-
tas multiplicet. Dilecti, tantū mihi ſtu-
dium fuit ſcribendi ad uos, de communi
ſalute, ut non potuerim non ſcribere uo-
bis, obſecrans, ut ueſtris laboribus ad-
iumento ſitis fidei, quæ ſemel data eſt
ſanctis. Obiter enim ſubierunt quidam
homines impij, qui prius deſcripti fue-
rant in hoc iudicium, qui dei noſtri gra-
tiam tranſferunt ad laſciuiam, ac deum,
qui ſolus eſt herus, ac dominum no-
ſtrum Ieſum Chriſtum negant. Volo
autem uos commonefacere, cum ſciatis
ſemel illud, quod dominus, poſteaquàm
populum ex Aegypto ſaluum eduxerat,
rurſus eos qui non credebant, perdidit:
quodq; angelos qui nō ſeruauerant ſuā
originem, ſed reliquerant ſuum domici-
lium, ad iudiciū magni illius diei, uincu-
lis æternis ſub caligine ſeruarit. Sicut So
doma & Gomorra, & his finitimæ ciui-
tates,

λεις τὸν ὅμοιον τούτοις τρόπον ἐκπορνεύσασαι, καὶ ἀπελθοῦσαι ὀπίσω σαρκὸς ἑτέρας, πρόκεινται δεῖγμα, πυρὸς αἰωνίου δίκην ὑπέχουσαι. ὁμοίως μέντοι καὶ οὗτοι ἐνυπνιαζόμενοι, σάρκα μὲν μιαίνουσι, κυριότητα δὲ ἀθετοῦσι, δόξας δὲ βλασφημοῦσιν. ὁ δὲ μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος, ὅτε τῷ διαβόλῳ διακρινόμενος διελέγετο περὶ τοῦ μωϋσέως σώματος, οὐκ ἐτόλμησε κρίσιν ἐπενεγκεῖν βλασφημίας, ἀλλ' εἶπεν, ἐπιτιμῆσαί σοι κύριος. οὗτοι δὲ ὅσα μὲν οὐκ οἴδασι, βλασφημοῦσιν, ὅσα δὲ φυσικῶς ὡς τὰ ἄλογα ζῶα ἐπίστανται, ἐν τούτοις φθείρονται. οὐαὶ αὐτοῖς, ὅτι τῇ ὁδῷ τοῦ κάϊν ἐπορεύθησαν, καὶ τῇ πλάνῃ τοῦ βαλαὰμ μισθοῦ ἐξεχύθησαν, καὶ τῇ ἀντιλογίᾳ τοῦ κορὲ ἀπώλοντο. οὗτοί εἰσιν ἐν ταῖς ἀγάπαις ὑμῶν, σπιλάδες, συνευωχούμενοι ἀφόβως, ἑαυτοὺς ποιμαίνοντες, νεφέλαι ἄνυδροι, ὑπὸ ἀνέμων περιφερόμεναι, δένδρα φθινοπωρινὰ, ἄκαρπα, δὶς ἀποθανόντα, καὶ ἐκριζωθέντα, κύματα ἄγρια θαλάσσης, ἐπαφρίζοντα τὰς ἑαυτῶν αἰσχύνας, ἀστέρες πλανῆται, οἷς ὁ ζόφος τοῦ σκότους, εἰς αἰῶνα τετήρηται. προεφήτευσε δὲ καὶ τούτοις ἕβδομος ἀπὸ ἀδὰμ ἐνὼχ, λέγων. ἰδοὺ ἦλθε κύριος ἐν ἁγίαις μυριάσιν αὐτοῦ, ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων, καὶ ἐξελέγξαι πάντας τοὺς ἀσεβεῖς αὐτῶν περὶ πάντων τῶν ἔργων ἀσεβείας αὐτῶν, ὧν ἠσέβησαν, καὶ περὶ πάντων τῶν σκληρῶν, ὧν ἐλάλησαν κατ' αὐτοῦ ἁμαρτωλοὶ ἀσεβεῖς. οὗτοί εἰσι γογγυσταί, μεμψίμοιροι, κατὰ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῶν πορευόμενοι, καὶ τὸ στόμα αὐτῶν λαλεῖ ὑπέρογκα, θαυμάζοντες πρόσωπα, ὠφελείας χάριν. ὑμεῖς δὲ ἀγαπητοὶ, μνήσθητε τῶν ῥημάτων τῶν προειρημένων ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, ὅτι ἔλεγον ὑμῖν, ὅτι ἐν ἐσχάτῳ χρόνῳ

tates, quæ ad consimilem modum cum illis stupris inquinatæ fuerant, ac secutæ fuerant carnem alienam, propositæ sunt exemplo, ignis æterni pœnam sustinentes. Similiter sanè & hi delusi insomnijs, carnem quidē polluunt, dominos uero spernunt, in potestate præditos maledicta congerunt. At Michaël archangelus, cum aduersus diabolum certans disceptaret de corpore Moysi, non ausus est illi impingere notam maledicti, sed dixit: Increpet te dominus. At isti quæ non nouerunt, ea maledictis insectantur, quæ uero natura ceu animantia rationis expertia sciunt, in his corrumpunt. Væ illis, quoniā uiam Cain ingressi sunt, & deceptione mercedis, qua deceptus fuit Balaam, effusi sunt, & contradictione Core perierūt. Hi sunt inter charitates uestras, maculæ inter se conuiuantes, absq; ullius timore, suopte ductu arbitrioq; uiuentes, nubes aquā nō habētes, quæ à uentis circumagunt, arbores autumno marcescentes, infrugiferæ, bis emortuæ, & eradicatæ, undæ efferæ maris, despumantes sua ipsorū dedecora, stellæ erraticæ, quibus caligo tenebrarū in æternū seruata est. Prius aūt his uaticinatus est septim⁹ ab Adam Enoch, dicēs: Ecce uenit dn̄s in sanctis milibus suis, ut faciat iudiciū aduersus omneis, & redarguat om̄es ex eis qui sunt impij, de factis om̄ibus quæ impie patrarūt, deq; om̄ibus duris quæ locuti sunt aduersus eum, peccatores impij. Hi sunt murmuratores queruli, iuxta cōcupiscētias suas ambulantes, & os illorū loquitur tumida, admirantes personas, utilitatis gratia. Vos autem dilecti, memores estis uerborū, quæ antehac dicta fuerunt ab apostolis domini nostri Iesu Christi, quod dixerūt uobis in extremo

Y tempore

χρόνῳ ἔσονται ἐμπαῖκται, κατὰ τὰς ἑαυτῶν ἐπιθυμίας πορευόμενοι τῆς ἀσεβείας. οὗτοί εἰσιν οἱ ἀποδιορίζοντες ψυχικοί, πνεῦμα μὴ ἔχοντες. ὑμεῖς δὲ ἀγαπητοί, τῇ ἁγιωτάτῃ ὑμῶν πίστει ἐποικοδομοῦντες ἑαυτούς, ἐν πνεύματι ἁγίῳ προσευχόμενοι, ἑαυτοὺς ἐν ἀγάπῃ θεοῦ τηρήσατε, προσδεχόμενοι τὸ ἔλεος τοῦ κυρίου ἡμῶν ἰησοῦ χριστοῦ, εἰς ζωὴν αἰώνιον. καὶ οὓς μὲν ἐλεᾶτε διακρινόμενοι, οὓς δὲ ἐν φόβῳ σώζετε, ἐκ πυρὸς ἁρπάζοντες, μισοῦντες καὶ τὸν ἀπὸ τῆς σαρκὸς ἐσπιλωμένον χιτῶνα. τῷ δὲ δυναμένῳ φυλάξαι ἀπταίστους, καὶ στῆσαι κατενώπιον τῆς δόξης αὐτοῦ ἀμώμους ἐν ἀγαλλιάσει, μόνῳ σοφῷ θεῷ σωτῆρι ἡμῶν, δόξα καὶ μεγαλωσύνη, κράτος καὶ ἐξουσία, νῦν καὶ εἰς πάντας τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

ΕΠΙΣΤΟΛΗΣ ΙΟΥΔΑ ΤΕΛΟΣ.

tempore futuros illusores, qui iuxta suas impias cupiditates ambularent. Hi sunt qui segregant animales, spiritum nō habentes. Vos autem dilecti, sanctissimæ uestræ fidei superstruentes uosipsos, per spiritum sanctum orantes, uos inuicem in charitate dei seruate, expectantes misericordiam domini nostri Iesu Christi in uitam æternam. Et hos quidem commiseremini dum dijudicamini: illos autem per timorem saluos facite, ex incendio rapientes, odio prosequentes, & eam quæ ex carne est maculatam tunicam. Ei uero qui potest illos seruare à peccato immunes, & statuere in conspectu gloriæ suæ, incōtaminatos cum exultatione, soli sapienti deo seruatori nostro, gloria & magnificentia, & imperium, & potestas, nunc & in omnia sæcula. Amen.

EPISTOLAE IVDAE FINIS.

ΑΠΟΚΑΛΥΨΙΣ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΙΩΑΝΝΟΥ ΤΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ.

ποκαλυψις ιησοῦ χριστοῦ, ἣν ἔδωκεν αὐτῷ ὁ θεός, δεῖξαι τοῖς δούλοις αὐτοῦ ἃ δεῖ γενέσθαι ἐν τάχει, καὶ ἐσήμανεν ἀποστείλας διὰ τοῦ ἀγγέλου αὐτοῦ, τῷ δούλῳ αὐτοῦ ἰωάννῃ, ὃς ἐμαρτύρησε τὸν λόγον τοῦ θεοῦ καὶ τὴν μαρτυρίαν ἰησοῦ χριστοῦ, ὅσατε εἶδε. μακάριος ὁ ἀναγινώσκων, καὶ οἱ ἀκούοντες τοὺς λόγους τῆς προφητείας, καὶ τηροῦντες τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα, ὁ γὰρ καιρὸς ἐγγύς. ἰωάννης ταῖς ἑπτὰ ἐκκλησίαις ταῖς ἐν τῇ ἀσίᾳ. χάρις ὑμῖν καὶ εἰρήνη ἀπὸ ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν, καὶ ὁ ἐρχόμενος, καὶ ἀπὸ τῶν ἑπτὰ πνευμάτων, ἃ ἐνώπιον τοῦ θρόνου αὐτοῦ, καὶ ἀπὸ ἰησοῦ χριστοῦ ὁ μάρτυς ὁ πιστός, ὁ πρωτότοκος ἐκ τῶν νεκρῶν, καὶ ὁ ἄρχων τῶν βασιλέων τῆς γῆς, τῷ ἀγαπήσαντι ἡμᾶς, καὶ λύσαντι ἡμᾶς ἐκ τῶν ἁμαρτιῶν ἐν τῷ αἵματι αὐτοῦ, καὶ ἐποίησεν ἡμᾶς βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς τῷ θεῷ καὶ πατρὶ αὐτοῦ, αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, ἀμήν. ἰδοὺ ἔρχεται μετὰ τῶν νεφελῶν, καὶ ὄψεται πᾶς ὀφθαλμός, καὶ οἵτινες αὐτὸν ἐξεκέντησαν. καὶ κόψονται πᾶσαι αἱ φυλαὶ τῆς γῆς

APOCALYPSIS BEATI IOANNIS THEOLOGI.

EVELATIO Iesu Christi, quam dedit illi deus, ut palam faceret seruis suis quæ oporteat fieri cito, & significauit, cũ misisset mandatũ suum seruo suo Ioanni, qui testatus est sermonem dei, & testimonium Iesu Christi, & quæcunq; uidit. Beatus qui legit & audit uerba prophetiæ & seruat ea, quæ in eo scripta sunt. Tempus enim propè est. Ioannes septem ecclesijs quæ sunt in Asia. Gratia uobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui uenturus est, & à septem spiritibus, qui in conspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo, qui est testis fidelis primogenitus mortuorum & princeps regum terræ. ei qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris per sanguinem ipsius, & fecit nos reges & sacerdotes deo & patri suo: ipsi gloria & imperium in sæcula sæculorum, Amen. Ecce uenit cum nubibus, & uidebit eum omnis oculus, & qui eum compunxerunt. Et plangent se omnes tribus terræ,

γῆς, ναὶ, ἀμήν. Ἐγώ εἰμι τὸ. Α. καὶ τὸ. Ω. ἀρχὴ καὶ τέλος, λέγει ὁ κύριος, ὁ ὢν καὶ ὁ ἦν καὶ ὁ ἐρχόμενος ὁ παντοκράτωρ. Ἐγὼ Ἰωάννης ὁ καὶ ἀδελφὸς ὑμῶν καὶ συγκοινωνὸς ἐν τῇ θλίψει καὶ ἐν τῇ βασιλείᾳ καὶ ὑπομονῇ Ἰησοῦ Χριστοῦ, ἐγενόμην ἐν τῇ νήσῳ τῇ καλουμένῃ Πάτμῳ διὰ τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ καὶ τὴν μαρτυρίαν Ἰησοῦ Χριστοῦ. Ἐγενόμην ἐν πνεύματι ἐν τῇ κυριακῇ ἡμέρᾳ, καὶ ἤκουσα ὀπίσω μου φωνὴν μεγάλην ὡς σάλπιγγος, λεγούσης. Ἐγώ εἰμι τὸ. Α. καὶ τὸ. Ω. ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος. καὶ ὃ βλέπεις γράψον εἰς βιβλίον, καὶ πέμψον ταῖς ἐκκλησίαις, ταῖς οὔσαις, εἰς Ἔφεσον, καὶ εἰς Σμύρνην, καὶ εἰς Πέργαμον, καὶ εἰς Θυατείρας, καὶ εἰς Σάρδεις, καὶ εἰς Φιλαδελφίαν, καὶ εἰς Λαοδικείαν. Καὶ ἐπέστρεψα βλέπειν τὴν φωνὴν, ἥτις ἐλάλησε μετ' ἐμοῦ. καὶ ἐπιστρέψας εἶδον ἑπτὰ λυχνίας χρυσᾶς, καὶ ἐν μέσῳ τῶν λυχνιῶν ὅμοιον υἱῷ ἀνθρώπου, ἐνδεδυμένον ποδήρη, καὶ περιεζωσμένον πρὸς τοῖς μαστοῖς ζώνην χρυσᾶν. Ἡ δὲ κεφαλὴ αὐτοῦ, καὶ αἱ τρίχες λευκαὶ, ὡσεὶ ἔριον λευκὸν, ὡς χιών. καὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς φλὸξ πυρός. Καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ, ὡς ἐν καμίνῳ πεπυρωμένοι. καὶ ἡ φωνὴ αὐτοῦ ὡς φωνὴ ὑδάτων πολλῶν. καὶ ἔχων ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ χειρὶ ἀστέρας ἑπτὰ, καὶ ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ ῥομφαία δίστομος ὀξεῖα ἐκπορευομένη. καὶ ἡ ὄψις αὐτοῦ, ὡς ὁ ἥλιος φαίνει ἐν δυνάμει αὐτοῦ. καὶ ὅτε εἶδον αὐτὸν, ἔπεσα πρὸς τοὺς πόδας αὐτοῦ ὡς νεκρός. καὶ ἐπέθηκεν τὴν δεξιὰν αὐτοῦ χεῖρα ἐπ' ἐμὲ, λέγων μοι. Μὴ φοβοῦ, ἐγώ εἰμι ὁ πρῶτος καὶ ὁ ἔσχατος, καὶ ὁ ζῶν, καὶ ἐγενόμην νεκρὸς, καὶ ἰδοὺ ζῶν εἰμὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, καὶ ἔχω τὰς κλεῖς τοῦ ᾅδου, καὶ τοῦ θανάτου. γράψον ἃ εἶδες, καὶ ἃ εἰσὶν, καὶ ἃ μέλλει γίνεσθαι μετὰ ταῦτα, τὸ μυστήριον τῶν ἑπτὰ ἀστέρων, οὓς εἶδες ἐπὶ τῆς δεξιᾶς μου, καὶ τὰς ἑπτὰ λυχνίας τὰς χρυσᾶς, οἱ ἑπτὰ ἀστέρες

etiam, Amen. Ego sum alpha & ω, principium & finis, dicit dominus, qui est, & qui erat, & qui uenturus est omnipotens. Ego Ioannes frater uester & particeps in afflictione, & regno, & patientia in Christo Iesu, fui in insula, quæ appellatur Patmos, propter sermonē dei & testimonium Iesu Christi. Fui in spiritu in dominico die, & audiui post me uocem magnam tanquàm tubæ, dicentis: Ego sum alpha & ω, primus & nouissimus. Quod uides, scribe in libro: & mitte septē ecclesijs, quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiciæ. Et cōuersus sum, ut uiderem uocem quæ loquebatur mecum. Et conuersus, uidi septem candelabra aurea, & in medio candelabrorum aureorum similem filio hominis, uestitum ueste ad pedes usquè demissa, & præcinctum ad mammillas zona aurea. Caput autem eius & capilli erant candidi, uelut lana alba, & tanquàm nix. Et oculi eius tanq; flamma ignis. & pedes eius similes chalcolibano, uelut in camino ardentes. Et uox illius tanquàm uox aquarum multarum, & habebat in dextera sua stellas septem. Et de ore eius gladius utraq; parte acutus exibat, & facies eius sicut sol lucet in uirtute sua. Et cum uidissem eū, cecidi ad pedes eius tanquàm mortuus. Et posuit dexterā suam super me, dicēs mihi: Noli timere, ego sum primus & nouissimus, & uiuus, & fui mortuus: & ecce sum uiuens in sæcula sæculorum, & habeo claues inferorum & mortis. Scribe ergo quæ uidisti, & quæ sunt, & quæ oportet fieri post hæc: Sacramentum septem stellarum, quas uidisti in dextera mea, & septem candelabra aurea. Septem

stellæ

ἀστέρες, ἄγγελοι τῶν ἑπτὰ ἐκκλησιῶν εἰσί· καὶ ἑπτὰ λυχνίαι ἃς εἶδες, ἑπτὰ ἐκκλησίαι εἰσί.

Τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐφεσίνης ἐκκλησίας γράψον· τάδε λέγει ὁ κρατῶν τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτοῦ, ὁ περιπατῶν ἐν μέσῳ τῶν ἑπτὰ λυχνιῶν τῶν χρυσῶν. οἶδά σου τὰ ἔργα καὶ τὸν κόπον σου, καὶ τὴν ὑπομονήν σου. καὶ ὅτι οὐ δύνῃ βαστάσαι κακούς, καὶ ἐπείρασω τοὺς φάσκοντας ἑαυτοὺς ἀποστόλους καὶ οὐκ εἰσί· καὶ εὗρες αὐτοὺς ψευδεῖς, καὶ ἐβάπτισας· καὶ ὑπομονὴν ἔχεις, καὶ διὰ τὸ ὄνομά μου κεκοπίακας καὶ οὐ κέκμηκας. ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ, ὅτι τὴν ἀγάπην σου τὴν πρώτην ἀφῆκας. μνημόνευε οὖν πόθεν ἐκπέπτωκας, καὶ μετανόησον, καὶ τὰ πρῶτα ἔργα ποίησον. εἰ δὲ μή, ἔρχομαί σοι τάχει, καὶ κινήσω τὴν λυχνίαν σου ἐκ τοῦ τόπου αὐτῆς, ἐὰν μὴ μετανοήσῃς. ἀλλὰ τοῦτο ἔχεις, ὅτι μισεῖς τὰ ἔργα τῶν νικολαϊτῶν, ἃ κἀγὼ μισῶ. ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω, τί τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις. Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἐκ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, ὅ ἐστιν ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου τοῦ θεοῦ. καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας σμυρναίων γράψον· τάδε λέγει ὁ πρῶτος, καὶ ὁ ἔσχατος, ὃς ἐγένετο νεκρὸς, καὶ ἔζησεν. οἶδά σου τὰ ἔργα καὶ τὴν θλῖψιν καὶ τὴν πτωχείαν, πλουσιος δὲ εἶ, καὶ τὴν βλασφημίαν τῶν λεγόντων ἰουδαίους εἶναι ἑαυτοὺς, καὶ οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ συναγωγὴ τοῦ σατανᾶ. μηδὲν φοβοῦ ἃ μέλλεις πάσχειν. ἰδοὺ μέλλει βαλεῖν ὑμῶν ὁ διάβολος εἰς φυλακὴν, ἵνα πειρασθῆτε, καὶ ἕξετε θλῖψιν ἡμερῶν δέκα. γίνου πιστὸς ἄχρι θανάτου, καὶ δώσω σοι τὸν στέφανον τῆς ζωῆς. ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω, τί τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις. ὁ νικῶν οὐ μὴ ἀδικηθῇ ἐκ τοῦ θανάτου τοῦ δευτέρου. καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν περγάμῳ ἐκκλησίας γράψον· τάδε λέγει ὁ ἔχων τὴν ῥομφαίαν τὴν δίστομον τὴν ὀξεῖαν· οἶδά σου τὰ ἔργα, καὶ

που

stellæ angeli sunt septẽ ecclesiarũ, & candelabra septẽ quæ uidisti, septẽ ecclesiæ sunt. Angelo Ephesinæ ecclesiæ scribe: 11
Hæc dicit, qui tenet septem stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septem candelabrorum aureorum. Scio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quod non potes sustinere malos, & tentasti eos qui se dicunt apostolos esse, & non sunt: & inueneristi eos mendaces, & baptizasti. Et patientiam habes, & sustinuisti propter nomen meum, & non defeciſti. Sed habeo aduersum te, quod charitatem tuam primam reliquisti. Memor esto itaque unde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac. Sin minus, ueniam tibi cito, & mouebo candelabrum tuum de loco suo, nisi resipueris. Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarum, quæ & ego odi: Qui habet aurem, audiat, quid spiritus dicat ecclesijs: Vincenti dabo edere de ligno uitæ, quod est in medio paradisi dei. Et angelo Smyrnæorum ecclesiæ scribe: Hæc dicit primus & nouissimus, qui fuit mortuus & uiuit. Scio opera tua & afflictionem & paupertatem, sed diues es: & blasphemiam eorum qui se dicunt Iudæos esse, & non sunt, sed sunt synagoga Satanæ. Nihil horum timeas quæ passurus es. Ecce missurus est diabolus aliquos ex uobis in carcerem ut tentemini, & habebitis afflictionem dierum decem. Esto fidelis usque ad mortem, & dabo tibi coronam uitæ. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesijs: Qui uicerit, non lædetur à morte secunda. Et angelo Pergamensis ecclesiæ scribe: Hæc dicit, qui habet rhomphæam utraque parte acutam. Scio opera tua, &

που κατοικεῖς, ὅπου ὁ θρόνος τοῦ σατανᾶ. καὶ κρατεῖς τὸ ὄνομά μου, καὶ οὐκ ἠρνήσω τὴν πίστιν μου. καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐμαῖς, Ἀντίπας ὁ μάρτυς μου ὁ πιστός μου ὃς ἀπεκτάνθη παρ' ὑμῖν, ὅπου ὁ σατανᾶς κατοικεῖ. ἀλλ' ἔχω κατά σου ὀλίγα, ὅτι ἔχεις ἐκεῖ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν Βαλαάμ, ὃς ἐδίδασκεν τῷ Βαλὰκ βαλεῖν σκάνδαλον ἐνώπιον τῶν υἱῶν Ἰσραήλ, φαγεῖν εἰδωλόθυτα, καὶ πορνεῦσαι. οὕτως ἔχεις καὶ σὺ κρατοῦντας τὴν διδαχὴν τῶν νικολαϊτῶν, ὁμοίως. μετανόησον, εἰ δὲ μή, ἔρχομαί σοι ταχύ, καὶ πολεμήσω μετ' αὐτῶν ἐν τῇ ῥομφαίᾳ τοῦ στόματός μου. Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω, τί τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις. Τῷ νικῶντι δώσω αὐτῷ φαγεῖν ἀπὸ τοῦ μάννα τοῦ κεκρυμμένου, καὶ δώσω αὐτῷ ψῆφον λευκήν, καὶ ἐπὶ τὴν ψῆφον ὄνομα καινὸν γεγραμμένον, ὃ οὐδεὶς ἔγνω εἰ μὴ ὁ λαμβάνων. καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Θυατείραις ἐκκλησίας γράψον. τάδε λέγει ὁ υἱὸς τοῦ θεοῦ, ὁ ἔχων τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ ὡς φλόγα πυρός, καὶ οἱ πόδες αὐτοῦ ὅμοιοι χαλκολιβάνῳ. Οἶδά σου τὰ ἔργα καὶ τὴν ἀγάπην, καὶ τὴν διακονίαν, καὶ τὴν πίστιν, καὶ τὴν ὑπομονήν σου, καὶ τὰ ἔργα σου, καὶ τὰ ἔσχατα πλείονα τῶν πρώτων. ἀλλ' ἔχω κατὰ σοῦ ὀλίγα, ὅτι ἀφεῖς τὴν γυναῖκα Ἰεζαβὲλ τὴν λέγουσαν ἑαυτὴν προφῆτιν, διδάσκειν, καὶ πλανᾶσθαι ἐμοὺς δούλους πορνεῦσαι, καὶ εἰδωλόθυτα φαγεῖν. καὶ ἔδωκα αὐτῇ χρόνον, ἵνα μετανοήσῃ ἐκ τῆς πορνείας αὐτῆς. καὶ οὐ μετανόησεν. ἰδοὺ ἐγὼ βάλλω αὐτὴν εἰς κλίνην, καὶ τοὺς μοιχεύοντας μετ' αὐτῆς, εἰς θλῖψιν μεγάλην, ἐὰν μὴ μετανοήσωσιν ἐκ τῶν ἔργων αὐτῶν, καὶ τὰ τέκνα αὐτῆς ἀποκτενῶ ἐν θανάτῳ. καὶ γνώσονται πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι, ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ ἐρευνῶν νεφροὺς καὶ καρδίας, καὶ δώσω ὑμῖν ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα ὑμῶν. ὑμῖν δὲ λέγω καὶ λοιποῖς τοῖς ἐν Θυατείραις, ὅσοι οὐκ ἔχουσιν τὴν διδαχὴν ταύτην, καὶ οἵτινες

ubi habitas, ubi ſedes eſt ſatanæ: & tenes nomen meum, & non negaſti fidem meam. Et in diebus meis Antipas teſtis meus fidelis, qui occiſus eſt apud uos, ubi ſatanas habitat. Sed habeo aduerſus te pauca: quia habes illic tenentes doctrinā Balaam, qui docebat in Balac mittere ſcandalum corā filiȝs Iſrael, edere ex iȝs quæ ſimulacris immolant & fornicari: ita habes & tu tenētes doctrinā Nicolaitarū. qd odi. Reſipiſce, alioqui ueniam tibi cito, & pugnabo cū illis gladio oris mei. Qui habet aurem audiat, quid ſpiritus dicat eccleſiȝs: Vincenti dabo edere ex manna abſcondito, & dabo illi calculum candidum, & in calculo nomen nouum ſcriptum: quod nemo ſcit, niſi qui accipit. Et angelo Thyatirenſis eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit filius dei, qui habet oculos tanquàm flammam ignis, & pedes eius ſimiles chalcolibano. Noui opera tua, & charitatem, & miniſterium, & fidem, & patientiam tuam, & opera tua, & nouiſſima plura prioribus. Sed habeo aduerſus te pauca: quia permittis mulierem Hiezabel, quæ ſe dicit prophetam, docere, & ſeducere ſeruos meos, ſcortari & edere ex iȝs quæ ſimulacris immolantur. Et dedi illi tempus, ut reſipiſceret à ſcortatione ſua, nec reſipuit. Ecce ego mitto eam in lectum, & qui adulterio miſcentur cum ea, in afflictionem maximam, niſi pœnitentiam egerint ab operibus ſuis, & filios eius interficiam morte, & ſcient omnes eccleſiæ, quod ego ſim ille ſcrutans renes & corda, & dabo unicuique ueſtrum ſecundum opera ſua. Vobis autem dico, & cæteris qui Thyatiræ eſtis: quicunque non habent doctrinam hanc, & qui non cognouerunt

profun-

τινες οὐκ ἔγνωσαν τὰ βαθη τοῦ σατανᾶ, ὡς λέγουσιν, οὐ βαλῶ ἐφ' ὑμᾶς ἄλλο βάρος, πλὴν ὃ ἔχετε, κρατήσατε ἄχρις οὗ ἂν ἥξω. Ὁ νικῶν καὶ ὁ τηρῶν ἄχρι τέλους τὰ ἔργα μου, δώσω αὐτῷ ἐξουσίαν ἐπὶ τῶν ἐθνῶν, καὶ ποιμανεῖ αὐτοὺς ἐν ῥάβδῳ σιδηρᾷ, ὡς τὰ σκεύη τὰ κεραμικὰ συντρίβεται. ὡς κἀγὼ εἴληφα παρὰ τοῦ πατρός μου, καὶ δώσω αὐτῷ τὸν ἀστέρα τὸν πρωϊνόν. Ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω, τί τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις.

Καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Σάρδεσιν ἐκκλησίας γράψον. τάδε λέγει ὁ ἔχων τὰ πνεύματα τοῦ θεοῦ, καὶ τοὺς ἑπτὰ ἀστέρας. Οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι τὸ ὄνομα ἔχεις ὅτι ζῇς, καὶ νεκρὸς εἶ. γίνου γρηγορῶν, καὶ στήριξον τὰ λοιπὰ, ἃ μέλλει ἀποθανεῖν. οὐ γὰρ εὕρηκά σου ἔργα πεπληρωμένα ἐνώπιον τοῦ θεοῦ. μνημόνευε οὖν πῶς εἴληφας καὶ ἤκουσας, καὶ τήρει, καὶ μετανόησον. ἐὰν οὖν μὴ γρηγορήσῃς, ἥξω ἐπί σε ὡς κλέπτης. καὶ οὐ μὴ γνῷς ποίαν ὥραν ἥξω ἐπί σε. ἔχεις ὀλίγα ὀνόματα καὶ ἐν Σάρδεσιν, οἳ οὐκ ἐμόλυναν τὰ ἱμάτια αὐτῶν, καὶ περιπατήσουσιν μετ' ἐμοῦ ἐν λευκοῖς, ὅτι ἄξιοί εἰσιν. ὁ νικῶν, οὕτως περιβαλεῖται ἐν ἱματίοις λευκοῖς. καὶ οὐ μὴ ἐξαλείψω τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐκ βίβλου τῆς ζωῆς, καὶ ἐξομολογήσομαι τὸ ὄνομα αὐτοῦ ἐνώπιον τοῦ πατρός μου, καὶ ἐνώπιον τῶν ἀγγέλων αὐτοῦ. Ὁ ἔχων οὖς, ἀκουσάτω, τί τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις. καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐν Φιλαδελφίᾳ ἐκκλησίας γράψον. τάδε λέγει ὁ ἅγιος, ὁ ἀληθινός, ὁ ἔχων τὴν κλεῖδα τοῦ Δαβίδ, ὁ ἀνοίγων, καὶ οὐδεὶς κλείει, καὶ κλείων, καὶ οὐδεὶς ἀνοίγει. Οἶδά σου τὰ ἔργα. ἰδοὺ δέδωκα ἐνώπιόν σου, θύραν ἀνεῳγμένην, καὶ οὐδεὶς δύναται κλεῖσαι αὐτήν, ὅτι μικρὰν ἔχεις δύναμιν, καὶ ἐτήρησάς μου τὸν λόγον. καὶ οὐκ ἠρνήσω τὸ ὄνομά μου. ἰδοὺ δίδωμι ἐκ τῆς συναγωγῆς τοῦ σατανᾶ τῶν λεγόντων αὐτοὺς Ἰουδαίους εἶναι

profunditates ſatanæ, quemadmodum dicunt: non mittam ſuper uos aliud pondus: tamen id quod habetis, tenete donec ueniam. Et qui uicerit & cuſtodierit uſque in finem opera mea, dabo illi poteſtatem ſuper gentes, & reget eas uirga ferrea, & tanquàm uaſa figuli confringentur, ſicut & ego accepi à patre meo, & dabo illi ſtellam matutinam. Qui habet aurem audiat, quid ſpiritus dicat eccleſijs.

Et angelo eccleſiæ, quæ eſt Sardis, III
ſcribe: Hæc dicit qui habet ſeptem ſpiritus dei, & ſeptem ſtellas. Scio opera tua: quia nomen habes, quod uiuas & mortuus es. Eſto uigilans, & confirma cætera quæ moritura erant. Non enim inueni opera tua plena coram deo. In mente ergo habe, qualiter acceperis & audieris, & ſerua, & reſipiſce. Si ergo non uigilaueris, ueniam ad te tanquàm fur, & neſcies qua hora ueniam ad te. Habes pauca nomina & Sardis; qui non inquinauerunt ueſtimenta ſua, & ambulabunt mecum in albis, quia digni ſunt. Qui uicerit, ſic ueſtietur ueſtimentis albis: & non delebo nomen eius de libro uitæ, & confitebor nomen eius coram patre meo, & coram angelis eius. Qui habet aurem audiat, quid ſpiritus dicat eccleſijs. Et angelo Philadelphienſis eccleſiæ ſcribe: Hæc dicit ſanctus & uerax, qui habet clauem Dauid: qui aperit, & nemo claudit: claudit, & nemo aperit: Scio opera tua. Ecce dedi coram te oſtium apertum, & nemo poteſt claudere illud, quia modicam habes uirtutem. Et ſeruaſti ſermonem meum, & non negaſti nomen meum. Ecce do de ſynagoga Satanæ, qui dicunt ſe Iudæos

εἶναι, καὶ οὐκ εἰσὶν, ἀλλὰ ψεύδονται. ἰδοὺ ποιήσω αὐτοὺς, ἵνα ἥξουσιν καὶ προσκυνήσουσιν ἐνώπιον τῶν ποδῶν σου, καὶ γνῶσιν ὅτι ἐγὼ ἠγάπησά σε, ὅτι ἐτήρησας τὸν λόγον τῆς ὑπομονῆς μου, κἀγώ σε τηρήσω ἐκ τῆς ὥρας τοῦ πειρασμοῦ τῆς μελλούσης ἔρχεσθαι ἐπὶ τῆς οἰκουμένης ὅλης, πειράσαι τοὺς κατοικοῦντας ἐπὶ τῆς γῆς. ἰδοὺ ἔρχομαι ταχύ. κράτει ὃ ἔχεις, ἵνα μηδεὶς λάβῃ τὸν στέφανόν σου. ὁ νικῶν, ποιήσω αὐτὸν στῦλον ἐν τῷ ναῷ τοῦ θεοῦ μου. καὶ ἐξ οὐ μὴ ἐξελθῇ ἔτι. καὶ γράψω ἐπ' αὐτὸν τὸ ὄνομα τοῦ θεοῦ μου, καὶ τὸ ὄνομα τῆς πόλεως τοῦ θεοῦ μου τῆς καινῆς ἱερουσαλήμ, ἡ καταβαίνουσα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἀπὸ τοῦ θεοῦ μου, καὶ τὸ ὄνομά μου τὸ καινόν. ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω, τί τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις. καὶ τῷ ἀγγέλῳ τῆς ἐκκλησίας λαοδικέων γράψον. τάδε λέγει ἀμὴν ὁ μάρτυς ὁ πιστὸς καὶ ἀληθινὸς, ἡ ἀρχὴ τῆς κτίσεως τοῦ θεοῦ. οἶδά σου τὰ ἔργα, ὅτι οὔτε ψυχρὸς εἶ οὔτε ζεστός, ὄφελον ψυχρὸς εἶης ἢ ζεστός, οὕτως ὅτι χλιαρὸς εἶ, καὶ οὔτε ψυχρὸς οὔτε ζεστός, μέλλω σε ἐμέσαι ἐκ τοῦ στόματός μου, ὅτι λέγεις, ὅτι πλούσιός εἰμι, καὶ πεπλούτηκα, καὶ οὐδενὸς χρείαν ἔχω, καὶ οὐκ οἶδας ὅτι σὺ εἶ ὁ ταλαίπωρος καὶ ἐλεεινὸς καὶ πτωχὸς καὶ τυφλὸς καὶ γυμνός. συμβουλεύω σοι ἀγοράσαι παρ' ἐμοῦ χρυσίον πεπυρωμένον ἐκ πυρὸς, ἵνα πλουτήσῃς, καὶ ἱμάτια λευκὰ ἵνα περιβάλῃ, καὶ μὴ φανερωθῇ ἡ αἰσχύνη τῆς γυμνότητός σου, καὶ κολλούριον ἔγχρισον τοὺς ὀφθαλμούς σου, ἵνα βλέπῃς. ἐγὼ ὅσους ἐὰν φιλῶ, ἐλέγχω, καὶ παιδεύω. ζήλωσον οὖν καὶ μετανόησον. ἰδοὺ ἕστηκα ἐπὶ τὴν θύραν, καὶ κρούω. ἐάν τις ἀκούσῃ τῆς φωνῆς μου, καὶ ἀνοίξῃ τὴν θύραν, εἰσελεύσομαι πρὸς αὐτὸν, καὶ δειπνήσω μετ' αὐτοῦ, καὶ αὐτὸς μετ' ἐμοῦ. ὁ νικῶν δώσω αὐτῷ καθίσαι μετ' ἐμοῦ ἐν τῷ θρόνῳ μου, ὡς κἀγὼ ἐνίκησα, καὶ ἐκάθισα μετὰ τοῦ πατρός μου ἐν τῷ θρόνῳ αὐτοῦ. ὁ ἔχων οὖς ἀκουσάτω, τί τὸ πνεῦμα λέγει ταῖς ἐκκλησίαις.

esse, & non sunt, sed mentiuntur. Ecce adigam illos, ut ueniant, & adorent ante pedes tuos: & sciant quod ego dilexi te, quoniam seruasti sermonem patientiæ meæ: & ego seruabo te ab hora tentationis, quæ uentura est in orbem uniuersum, ut tentet habitantes in terra. Ecce uenio cito: tene quod habes, ut nemo accipiat coronam tuam. Qui uicerit, faciam illum columnã in templo dei mei, & foras non egredietur amplius. Et scribam super eum nomen dei mei, & nomen ciuitatis dei mei nouæ Hierusalem, quæ descendit de cœlo à deo meo, & nomen meum nouum. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesijs: Et angelo Laodicensium ecclesiæ scribe: Hæc dicit: Amen testis fidelis & uerus, principium creaturæ dei: Scio opera tua, quia neque frigidus es, neq; feruidus, utinam frigidus esses aut feruidus: itaque quoniam tepidus es & nec frigidus nec feruidus, incipiam te euomere ex ore meo: quia dicis, diues sum, & ditatus sum, & nullius egeo, & nescis quod tu es miser & miserabilis, & pauper, & cæcus, ac nudus. Suadeo tibi emere à me aurum ignitum ex igni, ut locuples fias, & uestimentis albis induaris, ut non appareat dedecus nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos ut uideas. Ego quoscũq; amo, arguo & castigo. Aemulare ergo ac resipisce. ecce sto ad ostium & pulso. Si quis audierit uocem meam, & aperuerit ianuam, intrabo ad illum, & cœnabo cum illo, & ipse mecum. Qui uicerit, dabo ei sedere mecum in throno meo, sicut & ego uici, & consedi cum patre meo in throno eius. Qui habet aurem audiat, quid spiritus dicat ecclesijs.

Μετὰ

Post

Μετὰ ταῦτα εἶδον, καὶ ἰδοὺ θύρα ἠνεῳγμένη ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἡ φωνὴ ἡ πρώτη, ἣν ἤκουσα ὡς σάλπιγγος λαλούσης μετ' ἐμοῦ, λέγουσα, ἀνάβα ὧδε, καὶ δείξω σοι ἃ δεῖ γενέσθαι μετὰ ταῦτα. Καὶ εὐθέως ἐγενόμην ἐν πνεύματι, καὶ ἰδοὺ θρόνος ἔκειτο ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ τὸν θρόνον καθήμενος, καὶ ὁ καθήμενος ἦν ὅμοιος ὁράσει λίθῳ ἰάσπιδι, καὶ σαρδίνῳ, καὶ ἶρις κυκλόθεν τοῦ θρόνου, ὅμοιος ὁράσει σμαραγδίνῳ. καὶ κυκλόθεν τοῦ θρόνου θρόνοι. κδ. καὶ ἐπὶ τοὺς θρόνους. κδ. πρεσβυτέρους καθημένους, περιβεβλημένους ἐν ἱματίοις λευκοῖς, καὶ ἔχον ἐπὶ τὰς κεφαλὰς αὐτῶν στεφάνους χρυσοῦς, καὶ ἐκ τοῦ θρόνου ἐκπορεύονται ἀστραπαί, καὶ βρονταί, καὶ φωναί, καὶ ἑπτὰ λαμπάδες πυρὸς καιόμεναι ἐνώπιον τοῦ θρόνου, αἵ εἰσι τὰ ἑπτὰ πνεύματα τοῦ θεοῦ. καὶ ἐνώπιον τοῦ θρόνου θάλασσα ὑαλίνη ὁμοία κρυστάλλῳ. καὶ ἐν μέσῳ τοῦ θρόνου, καὶ κύκλῳ τοῦ θρόνου τέσσαρα ζῶα, γέμοντα ὀφθαλμῶν ἔμπροσθε, καὶ ὄπισθεν, καὶ τὸ ζῶον τὸ πρῶτον ὅμοιον λέοντι, καὶ τὸ δεύτερον ζῶον ὅμοιον μόσχῳ, καὶ τὸ τρίτον ζῶον ἔχον τὸ πρόσωπον ὡς ἄνθρωπος, καὶ τὸ τέταρτον ζῶον ὅμοιον ἀετῷ πετομένῳ. καὶ τέσσαρα ζῶα, ἓν καθ' ἑαυτὸ εἶχον ἀνὰ πτέρυγας ἓξ κυκλόθεν, καὶ ἔσωθεν γέμουσι ὀφθαλμῶν. καὶ ἀνάπαυσιν οὐκ ἔχουσιν ἡμέρας καὶ νυκτὸς, λέγοντες. ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος ὁ θεὸς ὁ παντοκράτωρ ὁ ἦν καὶ ὁ ὢν, καὶ ὁ ἐρχόμενος. καὶ ὅταν δώσουσι τὰ ζῶα δόξαν, καὶ τιμὴν, καὶ εὐχαριστίαν τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῷ θρόνου τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων, πεσοῦνται οἱ. κδ. πρεσβύτεροι ἐνώπιον τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρόνου, καὶ προσκυνήσουσι τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ βάλλουσι τοὺς στεφάνους αὐτῶν ἐνώπιον τοῦ θρόνου, λέγοντες. ἄξιος εἶ κύριε λαβεῖν τὴν δόξαν καὶ τὴν τιμὴν, καὶ τὴν δύναμιν, ὅτι σὺ ἔκτισας τὰ πάντα, καὶ διὰ τὸ θέλημά σου εἰσὶ, καὶ ἐκτίσθησαν.

καὶ

Post hæc uidi, & ecce ostium apertum in cœlo: & uox prima quam audiui tanquàm tubæ loquentis mecum, dicens: Ascende huc & ostendam tibi quæ oportet fieri post hæc. Et statim fui in spiritu: Et ecce sedes posita erat in cœlo, & supra sedem sedens. Et qui sedebat, similis erat aspectu, lapidi iaspidi & sardio, & iris erat in circumitu sedis, similis aspectu smaragdino. Et in circumitu sedis sedilia uiginti quatuor, & super thronos uiginti quatuor seniores sedentes, circumamicti stolis albis, & habebant in capitibus suis coronas aureas. Et de throno procedebant fulgura, & tonitrua, & uoces & septem lampades ignis ardentes ante thronum, quæ sunt septem spiritus dei. Et in conspectu sedis tanquàm mare uitreum simile crystallo, & in medio sedis & in circumitu sedis quatuor animalia, plena oculis ante & retro. Et animal primum simile leoni, & secundum animal simile uitulo, & tertium animal habens faciem uelut homo, & quartũ animal simile aquilæ uolanti. Et quatuor animalia singula eorũ habebant alas senas in circumitu, & intus plena erant oculis. Et requiem non habent die ac nocte, dicentia: Sanctus, sanctus, sanctus dominus deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Et cum darent illa animalia gloriam & honorem & benedictionẽ sedenti super thronum, uiuenti in sæcula sæculorũ, procidunt uiginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorant uiuentẽ in sæcula sæculorũ, & abiiciunt coronas suas ante thronum, dicentes: Dignus es domine accipere gloriam & honorem & uirtutẽ: quia tu creasti omnia, & propter uoluntatẽ tuam sunt, & creata sunt.

Et

καὶ εἶδον ἐπὶ τὴν δεξιὰν τοῦ καθημένου
ἐπὶ τοῦ θρόνου βιβλίον γεγραμμένον ἔσω-
θεν καὶ ὄπισθεν, κατεσφραγισμένον σφραγί
σιν ἑπτά. καὶ εἶδον ἄγγελον ἰσχυρὸν κηρύσ-
σοντα φωνῇ μεγάλῃ, τίς ἐστὶν ἄξιος ἀνοῖξαι
τὸ βιβλίον, καὶ λύσαι τὰς σφραγίδας αὐτοῦ;
καὶ οὐδεὶς ἠδύνατο ἐν τῷ οὐρανῷ, οὐδὲ ἐπὶ
τῆς γῆς, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς ἀνοῖξαι τὸ βι-
βλίον, οὐδὲ βλέπειν αὐτό. καὶ ἔκλαιον πολ
λά, ὅτι οὐδεὶς ἄξιος εὑρέθη ἀνοῖξαι, καὶ ἀνα
γνῶναι τὸ βιβλίον, οὔτε βλέπειν αὐτό. καὶ
εἷς τῶν πρεσβυτέρων λέγει μοι, μὴ κλαῖε. ἰδοὺ
ἐνίκησεν ὁ λέων ὁ ὢν ἐκ τῆς φυλῆς Ἰούδα, ἡ ῥί-
ζα Δαβὶδ ἀνοῖξαι τὸ βιβλίον καὶ λύσαι τὰς
ἑπτὰ σφραγίδας αὐτοῦ, καὶ εἶδον, καὶ ἰδοὺ ἐν
μέσῳ τοῦ θρόνου, καὶ τῶν τεσσάρων ζώων, καὶ ἐν μέ
σῳ τῶν πρεσβυτέρων, ἀρνίον ἑστηκὸς ὡς ἐσφα
γμένον, ἔχον κέρατα ἑπτὰ καὶ ὀφθαλμοὺς ἑ-
πτά, οἵ εἰσι τὰ τοῦ θεοῦ πνεύματα τὰ ἀπεσταλ-
μένα εἰς πᾶσαν τὴν γῆν. καὶ ἦλθε καὶ εἴληφε τὸ
βιβλίον ἐκ τῆς δεξιᾶς τοῦ καθημένου ἐπὶ τοῦ θρό-
νου. καὶ ὅτε ἔλαβε τὸ βιβλίον, τὰ τέσσαρα ζῶα,
καὶ οἱ κδ. πρεσβύτεροι ἔπεσαν ἐνώπιον τοῦ ἀρ-
νίου, ἔχοντες ἕκαστος κιθάρας, καὶ φιάλας
χρυσᾶς γεμούσας θυμιαμάτων, αἵ εἰσιν αἱ
προσευχαὶ τῶν ἁγίων, καὶ ᾄδουσιν ᾠδὴν καινὴν,
λέγοντες, ἄξιος εἶ λαβεῖν τὸ βιβλίον, καὶ ἀνοί-
ξαι τὰς σφραγῖδας αὐτοῦ, ὅτι ἐσφάγης, καὶ ἠγό
ρασας ἡμᾶς τῷ θεῷ ἐν τῷ αἵματί σου ἐκ πάσης φυλῆς
καὶ γλώσσης, καὶ λαοῦ, καὶ ἔθνους, καὶ ἐποίησας
ἡμᾶς τῷ θεῷ ἡμῶν βασιλεῖς καὶ ἱερεῖς, καὶ
βασιλεύσομεν ἐπὶ τῆς γῆς. καὶ εἶδον, καὶ ἤκου
σα φωνὴν ἀγγέλων πολλῶν κυκλόθεν τοῦ
θρόνου καὶ τῶν ζώων, καὶ τῶν πρεσβυτέρων, καὶ
χιλιάδες χιλιάδων, λέγοντες φωνῇ μεγά
λῃ, ἄξιόν ἐστιν ἀρνίον τὸ ἐσφαγμένον λα-
βεῖν τὴν δύναμιν, καὶ πλοῦτον καὶ σοφί-
αν καὶ ἰσχὺν, καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν, καὶ εὐ-
λογίαν. καὶ πᾶν κτίσμα ὃ ἐστιν ἐν τῷ οὐρα-
νῷ, καὶ ἐν τῇ γῇ, καὶ ὑποκάτω τῆς γῆς, καὶ ἐπὶ
τῆς θαλάσσης ἅ ἐστι, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα,
ἤκουσα

Et uidi in dextera ſedentis ſuper thro V
num librũ ſcriptũ intus & in tergo, ſigna
tum ſigillis ſeptem. Et uidi angelum for-
tem, prædicantem uoce magna: Quis eſt
dignus aperire librum & ſoluere ſigna-
cula eius? Et nemo poterat neque in cœ-
lo, neque in terra, neque ſubter terram
aperire librum, neque aſpicere illum. Et
ego flebam multũ, quod nemo dignus
inuentus eſſet aperire & legere librũ, nec
uidere eum. Et unus de ſenioribus dicit
mihi: Ne fleueris. Ecce uicit leo de tribu
Iuda, radix Dauid, ut aperiat librum, &
ſoluat ſeptem ſignacula eius. Et uidi, &
ecce in medio throni & quatuor anima-
lium, & in medio ſeniorum agnus ſtans
tanquàm occiſus, habens cornua ſeptem
& oculos ſeptẽ, qui ſunt ſeptem ſpiritus
dei, miſſi in omnem terram. Et uenit, &
accepit de dextera ſedentis in throno li-
brum. Et cum accepiſſet librũ, quatuor
animalia, & uigintiquatuor ſeniores ce-
ciderunt coram agno, habentes ſinguli
citharas & phialas aureas plenas odora-
mentorum, quæ ſunt precationes ſancto
rum, & canunt canticum nouum, dicen-
tes: Dignus es accipere librum & aperire
ſignacula eius, quoniam occiſus es, & re-
demiſti nos per ſanguinẽ tuum, ex omni
tribu & lingua & populo, & natione, &
feciſti nos deo noſtro rẽges & ſacerdo-
tes, & regnabimus ſuper terrã. Et uidi &
audiui uocem angelorũ multorũ in cir-
cumitu throni & animaliũ & ſeniorũ, &
milia miliũ, dicẽtia uoce magna: Dignus
eſt agnus qui occiſus eſt, accipere uirtu-
tem, & diuitias, & ſapientiam, & forti-
tudinem, & honorem, & gloriam, & be-
nedictionẽ. Et omnẽ creaturam quæ in
cœlo eſt, & quæ ſuper terram, & ſub ter-
ra & in mari, & quæ in eis ſunt omnia,
audiui

ἤκουσα λέγοντας, τῷ καθημένῳ ἐπὶ τῷ θρόνῳ καὶ τῷ ἀρνίῳ ἡ εὐλογία, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. καὶ τὰ τέσσαρα ζῶα ἔλεγον, ἀμήν. καὶ οἱ εἰκοσιτέσσαρες πρεσβύτεροι ἔπεσαν, καὶ προσεκύνησαν τῷ ζῶντι εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων.

audiui dicẽtes: sedenti in throno & agno benedictio, & honor, & gloria, & potestas in sæcula sæculorũ. Et quatuor animalia dicebant: Amen. Et uigintiquatuor seniores ceciderunt in facies suas, & adorauerunt uiuentẽ in sæcula sæculorũ.

VI

